(c) *Marcellini hiſtoria de Oſij Cordubenſis morte eiiſdem verbis, ſed paulo fuſior extat in Codice Gotthico Bibliothecæ Complutenſis ad finem Iſidori de Viris illuſtribus, ſine nomine auctoris Marcellini. Porrò Oſius nobiliſsimus olim confeſſor, & doctiſsimus, ab Auguſtino, & Athanaſio laudatus, Conſtantino Imperatori etiam per litteras familiaris (ut eſt in Codice Theodoſ. titul. de Sacroſanctis Eccleſiis) quique in Conciliis Eliberitano, Nicæno, & Sardicenſi, cum magna ſui laude fuerat Catholicorum propugnator, tandem ſenio delirans, in Syrmienſi Synodo ad Arianos defecit. De quo vide etiam Hilarium, lib. de Synodis: Athanaſium, lib. de Unitate Trinitatis: Sulpitij Severi hiſtoriam, & Honorium Auguſtodun. lib. de Scriptoribus Eccleſ.*

(d) *Vindicat Martyres apud Optatum, lib.*1.

## CAP. XV.

ITatius Hiſpaniarum Epiſcopus, cognomento & eloquio Clarus ſcripſit quemdam librum ſub Apologetici ſpecie, in quo deteſtanda [a] Priſcilliani dogmata, & maleficiorum ejus artes, libidinumque ejus probra demonſtrat: oſtendens Marcum quemdam Memphiticum, Magicæ artis ſcientiſsimum, diſcipulum fuiſſe [b] Manis, & Priſcilliani magiſtrum. Hic autem cum Urſatio Epiſcopo ob necem ejuſdem Priſcilliani, cujus accuſatores extiterant, Eccleſiæ communione privatus, exilio condemnatur, ibique die ultimo fungitur, Theodoſio majore & Valentiniano regnantibus.

(a) *Vide Epiphan. lib.*1. *cap.*34. *& Iræn. lib.*1. *cap.*8. *&* 9.

(b) *De Mane Cyrillus catecheſ.* 60. *& Epiphan. lib.*2. *cap.* 661.

## CAP. XVI.

SIricius [a] clariſsimus Pontifex & Romanæ Sedis Antiſtes ſcripſit [b] decretale opuſculum directum ad [c] Eumerium Tarraconenſem Epiſcopum. In quo inter alias Eccleſiaſticas diſciplinas, conſtituit hæreticorum baptiſma nequaquam ab Eccleſia reſcidendum. Reperimus & [d] aliam ejus epiſtolam ad diverſos Epiſcopos miſſam, in qua condemnat Jovinianum hæreticum, atque Auxentium, cæteroſque eorundem ſe-

ſequaces. Præfuit Romæ annos quatuordecim. Obijt Theodoſio & Valentiniano regnantibus.

(a) *Anno 385.*

(b) *Extant Epiſtolæ.*

(c) *Eumerius ſemper vocatur in U. C. non Himerius.*

(d) *De qua vide Ambroſ. epiſt. 8. & 81.*

## CAP. XVII.

a PAulinus [a] presbyter explicuit in benedictionibus Patriarcharum triplici intelligentiæ genere librum ſatis ſuc-
b cincta brevitate compoſitum. Idem etiam, [b] petente Auguſtino conſcripſit Ambroſij vitam, ſignis florentem atque doctrinis, & meritis Apoſtolorum non imparem. Siquidem & Conſtantius Epiſcopus Germani vitam contexuit: obitum-
c que [c] Paulini Oranius edidit.

(a) *Anno 410. fuit Epiſcopus Nolanus.*

(b) *Paulinus hic eſt Epiſcopus Nolanus, de quo multa mentio apud Hieronymum, Auguſtinum, Ambroſium, Gregorium, & Gennadium. Fruſtra enim multi noſtra ætate Honorium Auguſtodunenſem ſequuti Paulinos duos faciunt, unum Nolanum Epiſcopum, alterum presbyterum Mediolanenſem, auctorem vitæ ſancti Ambroſij. Cum ipſe Paulinus in epiſtola ad Alipium ſcribat, ſe licèt in Hiſpania ordinatus fuerit presbyter à Lampio Epiſcopo Barcinonenſi, tamen beneficio Sancti Ambroſij aſſequutum eſſe, ut ubicumque terrarum degeret, Ambroſij presbyter diceretur. Porrò hujuſmodi vitæ, quæ ab Iſidoro commemorantur, nempe Ambroſij Mediolanenſis, Germani Antiſiodorenſis, & Paulini Nolani Epiſcoporum editæ à Paulino, Conſtantio, & Oranio, extant in vetuſtiſſimo exemplari Eccleſiæ Toletanæ, & feruntur impreſſæ apud Laurentium Surium.* Veaſe arriba num. 4.

(c) En Mariana falta *que*.

## CAP. XVIII.

a PRoba [a] uxor Adelphij Proconſulis, fœmina, idcirco inter viros Eccleſiaſticos poſita ſola, pro eo quod in lau-
b de Chriſti verſata eſt, compones [b] centonem de Chriſto Virgilianis coaptatum verſiculis. Cujus quidem non mira-
c mur ſtudium, ſed laudamus ingenium. [c] Quod tamen opuſcu-

culum inter apocryphas ſcripturas inſeritur.

(a) *Anno Chriſti* 410. *extat cognomine Falconia Valeria.*

(b) *Meminit Hieron. ad Paulinum.*

(c) *Apocryphum vocat Gelaſius, diſt.* 15.

## CAP. XIX.

JOannes [a] ſanctiſsimus Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopus, cognomento Chryſoſtomus: cujus oratio & plurimam cordis compunctionem, & magnam ſuaviloquentiam tribuit, condidit Græco eloquio multa & præclara opuſcula. E quibus utitur Latinitas duobus ejus delapſis libellis ſcriptis ad quemdam Theodorum lamentis & exhortationibus plenis, ut pote illum à bona converſatione dejectum. Et quia monachi vitam cum eo in uno eodemque monaſterio exercuerat, ideò converſationis ibi factæ eum in libris ipſis admonuit, provocans eum ad propoſitum, atque oſtendens, nulli peccatori vel impio, ſi ad pœnitentiam redeat, deſperandum. Legimus ejuſdem & librum alium, cujus prænotatio eſt: Neminem poſſe lædi ab alio, niſi à ſe metipſo. Ad perſonam quoque cujuſdam nobiliſsimæ matronæ Gregoriæ reperitur opus ejus inſigne de converſatione vitæ, & inſtitutione morum, ſive de compugnantia virtutum & vitiorum. Eſt etiam & alius liber ejuſdem apud Latinos, de compunctione cordis. Alter quoque ſcriptus ad quemdam Eutropium, cum palatio pulſus ad altarium confugiſſet. Multos præterea compoſuit, diverſoſque tractatus, quos enumerare per longum eſt. Cujus quidem ſtudij, etſi non omnia tamen quam plurima eloquentiæ ejus fluenta de Græco in Latinum ſermonem translata ſunt. Hic autem [b] decimo tertio anno Epiſcopatus ſui diſcordia Theophili Alexandrini Epiſcopi oppreſſus. Faventes Epiſcopi noſtri Arcadio Imperatori, damnaverunt eum innocentem, atque ab Epiſcopatu [c] dejectum Pontum in exilium retruſerunt. [d] Corpus trigeſimo quinto anno, die functionis ab exilio Conſtantinopolim revocatur, etiam in Apoſtolorum Eccleſia ſepelitur.

(a) *Anno* 398.

(b) *Forte anno* 7. *nam annos* 6. *ſediſſe conſtat ex Marcellino, & Niceph. Conſtantinopol.*

(c) *Dejectus, anno Chriſti* 404. *ex Marcellino: mortuus exul anno* 407. *ex Paulo Diac.*

(d) *Hæc adduntur in uno exemplari.*

## CAP. XX.

ab SEdulius a presbyter edidit b tres libros, dactylico Heroico metro compoſitos, quorum primus ſigna, & virtutes veteris Teſtamenti potentiſsimè reſonat, reliqui verò geſtorum Chriſti Sacramenta vel miracula intonant.

(a) *Anno* 430.

(b) *Laudat Gelaſius diſt.* 15.

## CAP. XXI.

a b POſidius a Africanæ Provinciæ Epiſcopus. Hic ſtylo perſequutus eſt vitam b Sancti Auguſtini, cui etiam operi ſubjecit indiculum ſcriptorum ejus, enumerans quanta idem beatiſsimus Doctor ſcripſit, ubi pluſquam quadringentorum librorum volumina ſupputantur. Homiliarum verò, & epiſtolarum, quæſtionumque infinitus modus eſt, ut penè vix poſsit quiſquam articulo ſuo aliena tanta ſcribere, quanta ille proprio labore compoſuit.

(a) *Ita U. C. non Poſsidonius: fuit Epiſcopus Calamenſis in Numidia, in* 7. *Concil. Carthag. anno* 418.

(b) *Extat.* Aſsi deben diſponerſe eſtas Notas, mal apuntadas en la Edicion Real.

## CAP. XXII.

a b PRrimaſius a Africanus Epiſcopus, compoſuit ſermone ſcholaſtico de hæreſibus tres libros directos ad b Fortunatum Epiſcopum, explicans in eis quod olim beatiſsimus Auguſtinus in libro hæreſeon imperfectum, morte interveniente, reliquerat. In primo namque oſtendens quid hæreticum faciat: in ſecundo, & tertio digerens quid hæreticum c demonſtret. c

(a) *Anno* 553.

(b) *Provinciæ Byzacenæ dicitur in* 5. *Concil. Conſtantinop. collat.* 2.

(c) *Extant ejus comment. in Apocalypſ.*

CAP.

## CAP. XXIII.

PRoterius [a] Alexandrinæ Eccleſiæ Antiſtes, ſcripſit Epiſtolas ad Leonem Romanæ ſedis Epiſcopum de feſtivitate Paſchali. Hunc autem Leonis Auguſti temporibus Dioſcori hæretici ſucceſſores, auctore Timotheo, ſeditione facta crudeliſsime peremerunt, ipſumque Timotheum, ſibi pro Alexandrino Epiſcopo ſtatuerunt. a

(a) *Nicephorus lib.* 15. *cap.* 15. *Liberatus cap.* 16. *anno* 457.

## CAP. XXIIII.

PAſchaſinus Sicilienſis Epiſcopus, edidit unam [a] Epiſtolam Paſchalem ad Leonem ſupradictum Papam directam, in qua refert Paſchalis myſterij miraculum his verbis: Eſt inquit, poſſeſsio, quæ appellatur Meltinas, in montibus arduis ac Silvis denſiſsimis conſtituta, illic perparva atque vili opere conſtructa Eccleſia eſt, [b] in cujus baptiſterio nocte ſacroſancta Paſchali, baptizandi hora, cum nullus canalis ſit, vel fiſtula, nec aqua omninò vicina, fons ex ſeſe repletur: pauciſque, qui fuerint, conſecratis, cum deductorium nullum ſit, ut venerat aqua, ex ſeſe diſcedit. Claruit ſub Theodoſio Juniore Arcadij Imperatoris filio. a b

(a) *Anno* 445. *ſcripta eſt Epiſtola. Extat cum Epiſtolis Leonis tom.*1. *Conciliorum. Paſchaſinus hic Lilybetanus Epiſcopus* (en Sicilia) *fuit Legatus Leonis Papæ in Concilio Chalcedonenſi anno* 451.

(b) *Contigit anno* 417.

*Simile miraculum in Hiſpania, anno* 583. *Ex Gregorio Turon. lib.* 10. *cap.* 22. *& Sigeberto.* Aſsi, y no como en la Edicion Real, donde el *Contigit anno* 417. ſe pone invertidamente entre las voces *Conciliorum*, y *Paſchaſinus.*

## CAP. XXV.

JUlianus [a] quidam [b] Gallus, cognomento Pomerius, hic octo libros de animæ natura in Dialogi morem conſcripſit. Horum primus continet quid ſit anima, vel qualiter credatur ad Dei imaginem facta. In ſecundo loquitur, utrum anima corporea, an incorporea ſit. In tertio differit primo homini unde anima ſit facta. In quarto,utrum nova ani- ab

ma ſine peccato fiat: an peccatum primi hominis ex illo propagata originaliter trahat. In quinto deſcribit, quæ ſit facultas animæ. In ſexto eloquitur, unde ſit illa diſcordia, qua carni ſpiritus, vel caro ſpiritui adverſatur. In ſeptimo autem ſcribit de differentia vitarum, & mortium, vel reſurrectione carnis & animæ ſive de morte carnis, ac de de ejus reſurrectione. In octavo loquitur de his, quæ in fine mundi futura ſunt, vel de quæſtionibus, quæ ſolent de reſurrectione proponi, ſive de finibus bonorum atque malorum. Hic tamen in ſecundo ejuſdem operis libro, Tertulliani erroribus conſentiens, animam corpoream eſſe dixit, quibuſdam hoc fallacibus argumentis adſtruere contendens. Edidit etiam unum libellum de virginibus inſtituendis, alios quoque tres de futuræ vitæ contemplatione, vel actuali converſatione, necnon de vitiis atque virtutibus.

(a) *Anno* 450.

(b) *Maurum ait fuiſſe Gennadius. Falsò ergo confundunt quidam Pomerium cum Juliano Epiſcopo Toletano, qui obiit anno 690.* Veaſe aqui pag. 300.

## CAP. XXVI.

a EUgipius [a] Abbas Lucullanenſis oppidi, Neapoli Campaniæ. Hic ad quemdam Paſchaſium Diaconum libellum de vita Sancti monachi Severini traſmiſſum brevi ſtylo compoſuit. Scripſit & regulam Monachis conſiſtentibus in Monaſterio Sancti Severini, quam eiſdem moriens quaſi teſtab mentario jure reliquit. Claruit poſt conſulatum [b] Importuni Junioris, Anaſtaſio Imperatore regnante.

(a) *Extat vita apud Surium. De Severino Grego.lib.7. Epiſt.* 84. *Paul. Diac. lib.* 1. *cap.* 12.

(b) *Importunus coſ. Anno Chriſti* 509. *Ad Eugipium extat Epiſt. Fulgentij Ruſpenſis. Eugipium ſe vidiſſe, ait Caſiodor. lib.* 1. *Divin. Inſt.*

## CAP. XXVII.

FUlgentius Afer Eccleſiæ Ruſpenſis Epiſcopus, in confeſsione fidei clarus, in ſcripturis divinis copioſiſsimè eruditus, in loquendo quoque dulcis, in docendo ac diſſerendo ſubtilis, ſcripſit multa. E quibus legimus, de gratia Dei, & libero arbitrio libros reſponſionum ſeptem, in quibus Fauſto Galliæ Regienſis urbis Epiſcopo Pelagianæ pravitati conſentienti reſpondens, obnititur ejus profundam deſtruere calliditatem. Legimus & ejuſdem librum de Sancta Trinitate ad Felicem directum Notarium. Librum quoque regula veræ fidei; & alium de Sacramento Incarnationis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Extant & duo ejuſdem libri de veritate prædeſtinationis ad Epiſcopos miſsi, in quibus demonſtratur, quod gratia Dei in bonis voluntatem humanam prævenit, & quod Deus quoſdam prædeſtinationis ſuæ munere juſtificans præelegit; quoſdam verò in ſuis reprobis moribus occulto quodam judicio derelinquit. Eſt & liber altercationis ejus, quo de fide cum Thraſamundo Rege idem beatus Fulgentius diſputavit. Ad Ferrandum quoque Eccleſiæ Carthaginenſis Diaconum unum de interrogatis quæſtionibus ſcripſit libellum. Inter hæc compoſuit multos tractatus, quibus Sacerdotes in Eccleſiis uterentur. Plurima quoque feruntur ingenij ejus monumenta. Hæc tantùm ex precioſis doctrinæ ejus floribus carpſimus. Sors melior, cui delitias omnium librorum ejus præſtiterit Dominus. Claruit ſub Thraſamundo Rege Wandalorum Anaſtaſio Imperatore [a] regnante. a

(a) *Anno* 500.

## CAP. XXVIII.

EUcherius [a] Franciæ Epiſcopus, elegans ſententiis, ornatus in verbis, edidit ad Hilarium Arelatenſem Antiſtitem eremi deſerta petentem, unum opuſculum de laude ejuſdem eremi luculentiſsimum, & dulci ſermone dictatum, in quo opere laudamus Doctorem, etſi pauca, tamen pulchra dicentem. [b] Brevitas, ut ait quidam, laus eſt interdum in aliqua parte dicendi, in univerſa eloquentia laudem non habet. a b

*Anno*

(a) *Anno 450. Lugdunenſis Epiſcopus fuit apud Gennadium & Marcellinum.*

(b) *Ciceronis ſunt verba.*

## CAP. XXIX.

a Hilarius [a] Arelatenſis Epiſcopus ſcripſit vitam parentis & prædeceſſoris ſui ſanctiſsimi ac venerabilis Honorati Epiſcopi, ſuavi ac præclaro prædicatam eloquio.

(a) *Anno 432. De hac Gennadius.*

## CAP. XXX.

a Apringius [a] Eccleſiæ Pacenſis Hiſpaniarum Epiſcopus, diſertus lingua, & ſcientia eruditus, interprætatus eſt Apocalypſin Joannis Apoſtoli ſubtili ſenſu atque illuſtri ſermone, melius penè quam veteres eccleſiaſtici viri expoſuiſſe videntur. Scripſit & nonnulla quæ tamen ad notitiam noſtræ lectionis minimè pervenerunt. Claruit temporibus Theudis principis Gotthorum.

(a) *Anno Chriſti 540. Apringij nomine multorum manibus circumfertur opus ingens manuſcriptum in Apocalypſin. Sed ego cum viderem codicem ipſum Gotthicum Legionenſem ſcriptum Era milleſima octava, animadverti inde auctoris nomen non conſtare, ſed editum opus in gratiam cujuſdam Eterij. Quin & in præfatione ille auctor ait, ſe collegiſſe ſua ex libris Victorini, Iſidori, & Apringij. Ut manifeſto conſtet non eſſe illum Apringium cujus Iſidorus meminit.*

## CAP. XXXI.

a JUſtinianus [a] Imperator, quoſdam libros de Incarnatione Domini edidit, quos etiam per diverſas Provincias b miſsit. Condidit quoque & reſcriptum contra [b] Illyricianam Synodum, & adverſus Africanos Epiſcopos Chalcedonenſis Synodi defenſores perverſo ſtudio: in quo tria capitula c damnare contendit, id eſt [c] Theodori Mopſueſteni Epiſcopi dicta, ſive reſcripta Theodoreti, & Epiſtolam, quæ dicitur Ibæ Edeſſeni Epiſcopi.

*Anno 553.*

(a) *Sumpta hæc ex Liberato, & Victore Tunnenſi.*

(b) *Illyriciana anno 549. Damnat etiam Juſtinianus in fi-* *dei*

*dei ſuæ profeſsione, quæ extat* 1. *tom. Concil.*

(c) *Vide Scholiom de Theodoro ſup. Mopſoeſteno ad caput quart.*

## CAP. XXXII.

FAcundus [a] Afer Hermianenſis Eccleſiæ Epiſcopus duodecim libros pro defenſione trium capitulorum ſcripſit, quorum ſtylo elicuit, præfata tria capitula in præſcriptione Apoſtolicæ fidei, & Chalcedonenſis Synodi impugnatione, fuiſſe damnata. Id eſt, Epiſtolam Ibæ Edeſſeni Epiſcopi ad Marim Perſam directam, & Theodorum Mopſueſtenum Epiſcopum, & Theodoreti Cyri Epiſcopi dicta. [b] Claruit poſt conſulatum Baſilij, anno decimo regnante Juſtiniano Imperatore. a b

(a) *Sumpta ex Victore Tunnenſi.*

(b) *Anno Chriſti* 551.

## CAP. XXXIII.

JUſtinianus de Hiſpania, Eccleſiæ Valentinæ Epiſcopus, ex quatuor fratribus Epiſcopis eadem matre progenitis unus, ſcripſit librum reſponſionum ad quemdam Ruſticum de interrogatis quæſtionibus: quarum prima reſponſio eſt de Spiritu Sancto: ſecunda eſt contra Bonoſianos, qui Chriſtum adoptivum filium, & non proprium dicunt: tertia reſponſio eſt de baptiſmo Chriſti, quod iterare non licet: quarta reſponſio eſt de diſtinctione baptiſmi Joannis, & Chriſti: quinta reſponſio eſt, quia Filius ſicut Pater inviſibilis ſit. Floruit in Hiſpaniis temporibus Theudis Principis Gotthorum.

*Anno* 531.

## CAP. XXXIIII.

JUſtus Urgellitanæ Eccleſiæ Hiſpaniarum Epiſcopus, & frater prædicti Juſtiniani, [a] edidit libellum expoſitionis in Cantica Canticorum, totum valde breviter atque apertè, per allegoriam ſenſum diſcutiens. Hujus quoque fratres [b] Nebridius, & Elpidius quædam ſcripſiſſe feruntur, è quibus, quia incogniti ſumus, magis reticenda fatemur. a b

(a) *Extat.*

*Ne-*

(b) *Nebridius Epiſcopus Egarenſis ſubſcribit in* 2. *Concil. Tolet. anno Chriſti* 527. *& in Concil. Tarrac. anno* 516.

## CAP. XXXV.

[a] MArtinus [a] Dumienſis Monaſterij Santiſsimus Pontifex, ex Orientis partibus navigans in Gallæciam venit, ibique converſis ab Ariana impietate ad Fidem Catholicam Suevorum populis, regulam Fidei & Sanctæ Religionis conſtituit; Eccleſias confirmavit, monaſteria condidit, copioſaque præcepta piæ inſtitutionis compoſuit. Cujus quidem ego ipſe legi librum de differentiis quatuor virtutum, & aliud volumen epiſtolarum, in quibus hortatur vitæ emendationem, & converſationem fidei, orationis inſtantiam, & eleemoſynarum diſtributionem, & ſuper omnia cultum virtutum omnium & pietatem. Floruit regnante Theodemiro Rege Suevorum, temporibus illis, quibus Juſtinianus in Republica, & Athanagildus in Hiſpaniis imperium tenuerunt.

(a) *Martinus Epiſcopus Dumienſis, natione Pannonius fuit, ut ex Gregorij Turonenſis hiſtoria conſtat, & ex ipſius Martini epitaphio ab ſe compoſito, quod ex vetuſto libro deſcriptum habemus. Ejus hoc eſt initium.*

Panoniis genitus tranſcendens æquora vaſta
Galleciæ in gremium divinis nutibus actus, &c.

*Fundavit Monaſterium Dumienſe in Gallæcia, ut dicitur in decimo Concil. Tolet. itaque ſubſcribit Martinus Epiſcopus in Concil. primo Bracar. anno Chriſti* 561. *inde factus Archiepiſcopus Bracaren. ſubſcribit in ſecundo Concil. Bracar. anno* 572. *præfuit verò his Eccleſiis annos triginta ex Gregorio Turonenſi in Chron. & lib. primo de miraculis Martini Turonenſis cap.* 11. *& Aimoino lib.*3. *cap.* 39. *Ejus aliqua opuſcula feruntur impreſſa: plura nos habemus nondum edita.*

## CAP. XXXVI.

[a] [b] AVitus [a] Viennenſis Epiſcopus, ſcientia ſæcularium litterarum doctiſsimus edidit quinque [b] libellos heroico metro compoſitos, quorum primus eſt de origine mundi, ſecundus de originali peccato, tertius de eſſentia Dei, quar-

quartus de diluvio mundi, quintus de tranſitu maris rubri. Scripſit & ad Fuſcinam ſororem de laude virginitatis librum unum pulcherrimo compoſitum carmine, & eleganti epigrammate coaptatum.

(a) *Anno Chriſti 490. vide Gregor. Turonenſ. Sigebertum, & Adonem.*

(b) *Extant impreſſi.*

## CAP. XXXVII.

DRacontius compoſuit heroicis verſibus [a] Hexameron creationis mundi, & luculenter quidem compoſuit & ſcripſit.

(a) *Extat impreſſ. Vide infra in Eugenio 3.*

## CAP. XXXVIII.

VIctor [a] Tunnenſis Eccleſiæ Africanus Epiſcopus. Hic à principio mundi uſque ad primum Juſtini Junioris imperij annum brevem per Conſules annuos bellicarum, Eccleſiaſticarumque rerum, nobiliſsimam promulgavit hiſtoriam, laude & notatione illuſtrem, ac memoria digniſsimam. Hic pro defenſione trium capitulorum à Juſtiniano Auguſto Eccleſia ſua pulſus, exilio in Ægyptum tranſportatur. Inde rurſum Conſtantinopolim vocatus, dum Juſtiniano Imperatori & Eutychio Conſtantinopolitanæ urbis Epiſcopo obtrectatoribus eorumdem trium capitulorum reſiſteret, rurſus in Monaſterio ejuſdem civitatis cuſtodiendus mittitur, atque in eadem damnatione (ut dicunt) permanens moritur.

(a) *Victoris Tunnenſis Epiſcopi habeo Chronicon manuſcriptum, in quo, poſt Euſebium, Hieronymum, & Proſperum, tempora proſequitur à Conſulatu XVIII. Theodoſij Junioris, id eſt, anno Chriſti 444. uſque ad annum primum Juſtini Junioris, id eſt, Chriſti 567. Ibi ſuum deplorat exilium, quo mihi valde dignus fuiſſe videtur. Reſtitit enim Vigilij Papæ, Juſtiniani Imp. & Synodi Conſtantinopol. decretis; dum tria capitula, de quibus ſupra diximus, mordicus defendit. Hic apud Iſidorum lib. 5. Etymolog. cap. 38. falſo Turonenſis ſcribitur, ab aliis Tununenſis, Trithemio Cummenenſis, ſed ipſe ſe in vetuſ-*

*tuſto Codice Tunnenſem vocat. Puto eſſe oppidum Africæ Proconſularis, quod Tunis Polybio & Straboni vocatur, Tuniſenſe Plinio, Livio autem Tunes Tunetis inſlectitur. Nobile his temporibus ob expeditionem Caroli Quinti Cæſaris. Hujus Victoris meminerunt etiam Ado Viennenſis & Otho Friſingen. lib.5.cap.4.*

## CAP. XXXIX.

JOannes ſanctæ memoriæ Conſtantinopolitanus Epiſcopus, natione Cappadox, ad quem beatus Gregorius librum
a regulæ paſtoralis ſcripſit, vir [a] inæſtimabilis abſtinentiæ, & eleemoſynis tantum largiſsimus, ut zelo avaritiæ adverſus eum Imperator Mauritius permotus, urbe pauperes pellendos ediceret. Hic Græco eloquio edidit de Sacramento Baptiſmatis reſcriptum ad bonæ recordationis dominum noſtrum & prædeceſſorem Leandrum Epiſcopum, in quo nihil proprium ponit, ſed tantummodo antiquorum Patrum replicat de trina merſione ſententias. Claruit temporibus Mauritij Principis, defunctuſque eſt Auguſto eodem regnante.

(a) *Jejunator vocatur à Niceph. Conſtantinop.*

## CAP. XL.

GRegorius Papa Romanæ Sedis Apoſtolicæ Præſul, compunctione timoris Dei plenus, & humanitate ſummus, tantoque per gratiam Spiritus Sancti ſcientiæ luminæ præditus, ut non modo illi in præſentibus temporibus quiſquam Doctorum, ſed nec in præteritis quidem par fuerit unquam. Hic in exordio Epiſcopatus edidit librum regulæ paſtoralis,
a directum ad [a] Joannem Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopum: in quo docet, qualis quiſque ad officium regiminis veniat, vel qualiter, dum venerit, vivere, vel docere ſubjectos ſtudeat. Idem etiam, efflagitante Leandro Epiſcopo, librum beati Job myſtico ac morali ſenſu diſſeruit, totamque ejus propheticam hiſtoriam triginta quinque voluminibus largo eloquentiæ fonte explicuit. In quibus quidem quanta myſteria Sacramentorum aperiantur, quantaque ſint in amorem vitæ æternæ præcepta, vel quanta clareant ornamenta verborum, nemo ſapiens explicare valebit, etiam ſi omnes
b artus ejus vertantur in linguas. Scripſit etiam [b] & quaſdam

Epiſ-

Epiſtolas ad prædictum Leandrum, è quibus una in eiſdem libris Job titulo præfactionis adnectitur: [c] altera eloquitur de merſione Baptiſmatis, in qua inter cætera ita ſcriptum eſt. Reprehenſibile, inquit, eſſe nullatenus poteſt infantem in Baptiſmate mergere, vel ſemel, vel ter, quando in tribus merſionibus perſonarum Trinitas, & in una poteſt divinitatis ſingularitas deſignari. Fertur tamen idem Sanctiſsimus vir, & alios libros morales ſcripſiſſe, totumque textum quatuor [d] Evangeliorum ſermocinando in populis expoſuiſſe, incognitum ſcilicet nobis opus. Felix tamen, & nimiùm felix, qui omnia ſtudiorum ejus potuit cognoſcere. Floruit aut tem Mauritio Auguſto Imperatore: obiit [e] in ipſo exordio Phocatis Romani Principis. c d e

(a) *Ita 1. lib. Regiſt. Epiſt. 4. non ergo ad Joannem Ravennatem, ut in impreſsis.*

(b) *Et aliæ lib. 4. Regiſt. Epiſt. 46. & lib. 7. Epiſt. 125.*

(c) *Primo lib. Regiſt. Epiſt. 41.*

(d) *Extant homil. 40. in Evangelia.*

(e) *Anno Chriſti, 604.*

## CAP. XLI.

LEander genitus patre Severiano Carthaginenſis Provinciæ, [a] profeſsione monachus, & ex monacho Hiſpalenſis Eccleſiæ Provinciæ Bethicæ conſtitutus Epiſcopus, vir ſuavis eloquio, ingenio præſtantiſsimus, vita quoque etiam atque doctrina clariſsimus, ut & fide ejus atque induſtria populi gentis Gotthorum [b] Ariana inſania ad fidem Catholicam reverterentur. Hic namque in exilij ſui peregrinatione compoſuit duos adverſus hæreticorum dogmata libros, eruditione Sacrarum Scripturarum ditiſsimos, in quibus vehementi ſtylo Arianæ impietatis confodit atque detegit pravitatem: oſtendens ſcilicet, quid contra eoſdem habeat Catholica Eccleſia, vel quantum diſtat ab eis religione, vel fidei Sacramentis. Extat & aliud laudabile ejus opuſculum adverſus inſtituta Arianorum, in quo, propoſitis eorum dictis, ſuas reſponſiones opponit. Præterea edidit unum ad Florentinam a b

c nam ſororem [c] de inſtitutione virginum, & contemptu mundi libellum, titulorum diſtinctionibus prænotatum. Siquidem & in Eccleſiaſticis officiis idem non parvo laboravit ſtudio: in toto enim Pſalterio duplici editione orationes conſcripſit: in ſacrificio quoque, laudibus, atque pſalmis, multa dulci ſono compoſuit. Scripſit & epiſtolas multas: ad Papam Gregorium de baptiſmo unam, alteram ad fratrem, in qua præmonet, cuique mortem non eſſe timendam. Ad cæteros quoque Epiſcopos plurimas promulgavit familiares epiſtolas,
d etſi non ſatis ſplendidas verbis, acutas tamen ſententiis. [d] Floruit ſub Reccaredo viro religioſo ac Principe glorioſo, cu-
e jus etiam temporibus mirabili obitu [e] vitæ terminum clauſit.

(a) *Falſo Lucas Tudenſis & alij addunt*: Duce.

(b) *In Concil. 3. Tolet. ann. 589. Greg. 3. Dialog. cap. 31. & Gregor. Turon.*

(c) *Liber de Virgin. extat Oveti.*

(d) *Anno Chriſti. 600.*

(e) *Leander Hiſpalenſis quo anno fuerit mortuus, ambigunt noſtri hiſtorici. Itaque libet in gratiam noſtri Iſidori, qui & illius germanus, & ſucceſſor in Eccleſia Hiſpalenſi fuit, annum mortis Leandri certò conſtituere. Ego Leandrum anno Chriſti 600. mortuum colligo ex his conjecturis. Primùm quod illum, ait Iſidorus frater, vita functum tempore Reccaredi Regis, quem Regem conſtat obiiſſe anno Chriſti 600. Nam ſucceſſiſſe Reccaredo Liuvam Regem Era 639. id eſt Chriſti 601. tradit Iſidorus libro de Gothis. Non verò mortuum Leandrum ante iſtum annum 600. ex eo liquet, quod Gregorius Papa ad Leandrum Hiſpalenſem ſcribit 7. lib. Regiſt. Epiſt. 125. Indictione 2. anno nono ſui Pontificatus, nempe anno Chriſti 599. Ita conſtabit ſumma annorum Epiſcopatus Iſidori, qui fratri Leandro ſucceſſit, ut diximus. Præfuit enim Iſidorus ſuæ Eccleſiæ Hiſpalenſi prope quadraginta annos, auctore Sancto Ildefonſo. Cum verò certiſſimum ſit Iſiorum mortuum anno Chriſti 636. id quod paulo poſt in Iſidoro confirmabimus, ſiquis retrocedat, facilè & mortem Leandri, & initium Iſidori reperiat; verèque illud de quadraginta prope annis ab Ildefonſo dictum cognoſcet.*

CAP.

## CAP. XLII.

LUcinianus a Carthaginis Spartariæ Epiſcopus in ſcripturis doctus: cujus quidem multas epiſtolas legimus: de Sacramento denique baptiſmatis unam, & ad Eutropium Abbatem (qui poſtea Valentiæ Epiſcopus fuit) plurimas. Reliqua verò induſtriæ, & laboris ejus ad noſtram notitiam minimè venerunt. b Claruit temporibus Mauritij Auguſti: occubuit Conſtantinopoli, veneno (ut ferunt) extinctus ab æmulis; ſed, ut ſcriptum eſt, c juſtus quacumque morte præoccupatus fuerit, anima ejus in refrigerio erit. a b c

(a) *Lucinianum ſive Licinianum (utroque enim modo ſcriptum reperio) quidam ex noſtris nuper tradiderunt Carthagine translatum fuiſſe ad Epiſcopatum Valentinum, non ſatis intellectis verbis Iſidori, qui non Lucinianum, ſed Eutropium ait fuiſſe Epiſcopum Valentinum, ad quem ſcripſerit Lucinianus multas epiſtolas. Hujus Luciniani epiſtola ad Papam Gregorium edita eſt cum ipſis Moralibus. Ego verò præterea habeo & hujus Luciniani, atque Severi ejus Collegæ doctiſſimam epiſtolam manuſcriptam ad Epiphanium Diaconum, ubi Angelos probat eſſe incorporeos, & alteram ad Vincentium, non Cæſarauguſtanum, ſed Ebuſitanæ inſulæ Epiſcopum, credentem epiſtolas quaſdam de cælo cecidiſſe.*

(b) *Circa anno* 590.

(c) *Sapien.* 4.

## CAP. XLIII.

SEverus Malacitanæ Sedis Antiſtes, collega & ſocius Luciniani Epiſcopi, edidit libellum unum adverſus a Vincentium Cæſarauguſtanæ Urbis Epiſcopum, qui ex Catholico ad Arianam pravitatem fuerat devolutus. Eſt & alius ejuſdem de virginitate ad ſororem libellus, qui dicitur annulus: cujus quidem fatemur cognoviſſe titulum, ignorare eloquium. b Claruit temporibus prædicti Imperatoris, quo etiam regnante vitam finivit. a b

(a) *De Vincentio Iſidorus lib. de Gothis in Leovigildo.*

(b) *Anno* 590.

## CAP. XLIV.

a JOannes a Gerundenſis Eccleſiæ Epiſcopus nativitate Gothus Provinciæ Luſitaniæ Scalabi natus. Hic cum eſſet adoleſcens, Conſtantinopolim perrexit, ibique Græca & Latina eruditione munitus, poſt decem & ſeptem annos in Hiſpanias reverſus eſt, eodem tempore, quo, incitante Leovigildo Rege, Ariana fervebat inſania. Hunc ſupradictus Rex, cum ad nefandæ hæreſis credulitatem compelleret, & hic omnino reſiſteret, exilio truſus, & Barcinonem relegatus, per decem annos multas inſidias & perſequutiones ab Arianis perpeſſus eſt. Qui poſtea condidit Monaſterium quod nomine Biclaro dicitur, ubi congregata Monachorum ſocietate, ſcripſit regulam ipſi Monaſterio profuturam, ſed & cunctis Deum timentibus ſatis neceſſariam. Addidit in libro Chronicorum ab anno primo Juſtini Junioris principatus, uſque in annum octavum Mauritij Principis Romanorum, & quartum Reccaredi Regis annum, hiſtorico compoſitoque ſermone valde utilem hiſtoriam: & multa alia ſcribere dicitur quæ ad noſtram notitiam non pervenerunt.

(a) *Joannis Biclarenſis Abbatis Chronicon cujus Iſidorus meminit habeo deſcriptum ex vetuſtiſsimo libro Gothico. Hic auctor, ut de ſe ipſe ait, Victoris Tunnenſis Chronicon ulterius perduxit ab anno Chriſti 566. uſque ad 590. ubi noſtrorum Regum Leovigildi & Reccaredi hiſtoriam per ſingulos Imperatorum annos doctiſsimè perſequitur.*

## CAP. XLV.

a EUtropius a Eccleſiæ Valentinæ Epiſcopus dum adhuc in
b Monaſterio b Servitano degeret, & pater eſſet Monachorum, ſcripſit ad Papam Lucinianum, cujus ſupra fecimus mentionem, valde utilem epiſtolam, in qua petit ab eodem, quare baptizatis infantibus chriſma, poſt hæc unctio, tribuatur.
c Scripſit & ad Petrum Epiſcopum c Ircavicenſem de diſtrictione Monachorum ſalubri ſermone compoſitam epiſtolam, & valde Monachis neceſſariam.

(a) *Penes Eutropium Abbatem Servitanum, & Leandrum Epiſcopum fuit ſumma Concilij tertij Tolet. ait Joan. Biclar. ann. 589.*

De

(b) *De Servitano Ildefonſus in Donato.*
(c) *Forte Ercavicenſem.*

## CAP. XLVI.

MAximus [a] Cæſaraugustanæ Civitatis Epiſcopus multa verſu proſaque componere dicitur. Scripſit & brevi ſtylo hiſtoriolam de iis quæ temporibus Gothorum in Hiſpaniis acta ſunt, hiſtorico & compoſito ſermone, ſed & multa alia ſcribere dicitur, quæ necdum legi.

(a) *Subſcribit in tribus Concil. MS. Barcinon. Tolet. & Egaren. anno* 599. 610. 614. *Itaque Iſidorus ſcribit hunc librum uſque ad annum* 610.

## CAP. XLVII.
### *PRÆNOTATIO LIBRORUM DIVI ISIDORI à Braulione Cæſarauguſt. Epiſcopo edita.*

ISidorus [a] vir egregius, Hiſpalenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Leandri Epiſcopi ſucceſſor, & germanus, floruit à tempore Mauritij Imperatoris & Reccaredi Regis, in quo quiddam ſibi antiquitas vindicavit, immo noſtrum tempus antiquitatis in eo ſcientiam imaginavit: vir in omni locutionis genere formatus, ut imperito doctoque ſecundum qualitatem ſermonis exiſteret aptus, congrua verò opportunitate loci, incomparabili eloquentia clarus. Jam verò quantus ſapientia fuerit, ex ejus diverſis ſtudiis, & elaboratis opuſculis perfacilè prudens lector intelligere poterit. Denique de iis, quæ ad notitiam noſtram venerunt, iſta commemoravi. Edidit libros Differentiarum duos, in quibus ſubtili diſcretione ea, quæ confusè uſu proferuntur, ſenſu diſcrevit. Procemiorum librum unum, in quo quid quiſque liber ſanctæ contineat ſcripturæ, brevi ſubnotatione diſtinxit. De ortu & obitu Patrum librum unum, in quo eorum geſta, dignitatem quoque, & mortem eorum, atque ſepulturam ſententiali brevitate ſubnotavit. Ad germanum ſuum Fulgentium Epiſcopum Aſtigitanum officiorum libros duos, in quibus originem officiorum, cur unumquodque in Eccleſia Dei agatur, interprete ſuo ſtylo, non ſine majorum auctoritate elicuit. Synonymo-

ı rum libros duos, ı quibus ad conſolationem animæ, & ad ſpem percipiendæ veniæ, intercedente rationis exhortatione, erexit. De natura rerum ad Siſebutum Regem librum unum, in quo tam de Eccleſiaſticorum Doctorum, quam etiam de Philoſophorum indagatione obſcura quædam de elementis abſolvit. De numeris librum unum, in quo Arithmeticam propter numeros Eccleſiaſticis ſcripturis inſertos ex parte tetigit diſciplinam. De nominibus Legis & Evangeliorum librum unum, in quo oſtendit, quid memoratæ perſonæ myſterialiter ſignificent. De hæreſibus librum unum, in quo majorum ſequutus exempla, brevitate qua potuit, diffuſa collegit. Sententiarum libros tres, quos floribus ex libris Papæ Gregorij Moralibus decoravit. Chronicorum à principio mundi uſque ad tempus ſuum, librum unum, nimia brevitate collectum. Contra Judæos, poſtulante Florentina germana ſua, propoſito virgine, libros duos, in quibus omnia quæ Fides Catholica credit, ex legis Prophetarum teſtimoniis approbavit. De Viris Illuſtribus librum unum, cui nos iſta ſubjunximus. Monaſticæ regulæ librum unum, quem pro patriæ uſu, & invalidorum animis decentiſsimè temperavit. De origine Gothorum, & regno Suevorum, & etiam Wandalorum hiſtoria librum unum. Quæſtionum libros duos, quos qui legit, veterum tractatorum multam ſupellectilem recognoſcit. Etymologiarum Codicem nimia magnitudine, diſtinctum ab eo titulis, non libris: quem quia rogatu meo fecit, quamvis imperfectum ipſe reliquerit, ego in viginti libros diviſi, quod opus omni modo Philoſophiæ conveniens quiſquis crebra meditatione perlegerit, non ignotus divinarum humanarumque rerum ſcientia merito erit. Ibi redundans diverſarum artium elegantia, ubi quæcumque ferè ſciri debentur, reſtricta collegit. Sunt & alia ejus viri multa opuſcula, & in Eccleſia Dei multo cum ornamento inſcripta. Quem Deus poſt tot defectus Hiſpaniæ, noviſsimis temporibus ſuſcitans, credo ad reſtauranda antiquorum mo-
b numenta, ne uſquequaque ruſticitate veteraſceremus, b quaſi quamdam appoſuit deſtinam. Cui non immeritò illud philoſophicum à nobis aptatur: Nos, inquit, in noſtra urbe peregrinantes, erranteſque tamquam hoſpites, tui libri quaſi domum reduxerunt; ut poſsimus aliquando, qui & ubi eſſemus,

ag-

agnoſcere. Tu ætatem patria, tu deſcriptiones temporum, tu ſacrorum jura, tu Sacerdotum, tu domeſticam, publicamque diſciplinam, tu ſedium, regionum, locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum nomina, genera, officia, cauſas aperuiſti. Quo verò flumine eloquentiæ, & quot jaculis divinarum Scripturarum ſeu Patrum teſtimoniis Acephalitarum hæreſim confoderit, Synodalia geſta coram eo Hiſpali acta declarant. In qua contra Gregorium præfatæ hæreſis antiſtitem eam aſſeruit veritatem. Obiit temporibus Heraclij Imperatoris, & Chriſtianiſsimi [c] Chintilani Regis, ſana doctrina præſtantior cunctis, & copioſior operibus charitatis. c

(a) *Braulio Epiſcopus Cæſarauguſtanus, cujus Ildefonſus meminit, auctor eſt hujus vitæ Iſidori, ut ex libris vetuſtis conſtat, & ex his epiſtolis Braulionis, quæ Etymologiis Iſidori ſolent præponi. Nam & hic teſtatur rogatu ſuo Etymologiarum librum ab Iſidoro compoſitum.*

(1) Mariana *in quibus.*

(b) Quaſi quamdam appoſuit deſtinam, &c. *Ita omnino in vetuſto codice, quem locum alij non intelligentes, ex ingenio repoſuerunt*: Quamdam appoſuit lucem deſtinare. *Utitur ea voce Corippus Poeta Afer libro de laudibus Juſtini Junioris nuper edito à doctiſsimo Ruyzio Azagrio*: Et Thomas Lybicæ nutantis deſtina terræ.

(c) *Iſidorum mortuum ſub Chintila Gothorum Rege ait Braulio. Ex quo multorum noſtratium errores convincuntur de anno mortis Iſidori, in quo mirum eſt, quam varient inter ſe Hiſpani hiſtorici. Itaque in gratiam noſtri auctoris Iſidori, quem in primis illuſtrandum ſuſcepimus, diem & annum, quo mortuus fuerit, definiamus. Ajo, certiſsimè mortuum anno Chriſti 636. Primùm quia Redemptus ejus diſcipulus, qui obitum Iſidori, quem præſens viderat deſcribens ait, mortuum æra 664. de quo nemo dubitat quin ſit annus Chriſti 636. Idem quoque Redemptus Iſidorum inducit populum alloquentem quatriduo ante mortem his verbis.* Ita (*inquit*) ſacri fontis unda, quam hodiè devotus eſt populus percepturus, ſit vobis in remiſsionem peccatorum. *Cum verò compertum ſit ex omnibus Martyrologiis, Iſidorum mortuum pridie nonas Aprilis, ſi Paſchales Cyclos conſulas; reperies planè iſto anno 636. Paſcha fuiſſe pridie Kalendas Aprilis,*

*& ita baptiſmum Catechumenorum ſolemnem quatriduo præceſſiſſe mortem Iſidori. Præterea ſi mortuus eſt ſub Chintila, ut ait Braulio, neceſſe eſt anno primo Chintilæ mortuum, nam Chintilam cœpiſſe æra 674. id eſt Chriſti 636. cognoſcitur ex Concilio quinto Toletano: anno autem ſecundo Chintilæ videmus habitum ſextum Concilium Toletanum, cui jam non Iſidorus (erat enim vita functus) ſed Honoratus Iſidori ſucceſſor interfuit. Itaque verè dictum ab Ildefonſo cognoſcimus, floruiſſe Iſidorum uſque ad Siſenandum Regem, nulla omnino facta mentione Chintilæ, qui Siſenandum ſequutus eſt: nempe quod ipſo primo anno Chintilæ Iſidorus deceſſerit. Verè quoque illud ab eodem Ildefonſo dictum, præfuiſſe Iſidorum Eccleſiæ Hiſpalenſi fere quadraginta annis: nempe quod omnino triginta ſeptem anni fuerint, ab anno 600. uſque ad 636. ut paulo ante in Leandro, & nunc in Iſidoro ſupputavimus.*

# APENDICE VI.

## D. ILDEFONSI TOLETANÆ Sedis Epiſcopi de Virorum illuſtrium ſcriptis.

### Præfatio.

1 Virorum [a] adnotationem illorum, quorum edictis atque doctrinis ſancta Eccleſia toto terrarum orbe diffuſa illuſtratur in bonis, atque defenditur ex adverſis, mox poſt Aſcenſionem Chriſti ab Apoſtolorum exordio, vir beatus atque doctiſsimus Hieronymus presbyter plenè dicitur adnotaſſe, qui ſingulatim nomina eorum, ſeriem temporum, monumenta librorum, diverſitates opuſculorum, in laudabilem neceſſariamque memoriam uſque adſeipſum ſtylo evidenti conſcribens, & innoteſcendo monſtravit, & retexendo poſteris commendavit. Hunc ſequutus Gennadius, renotationis ordinem textu ſimili percucurrit. Deinceps vir prudentiſsimus Hiſpalenſis ſedis Iſidorus Epiſcopus eodem ductu quoſque viros optimos reperit, in adnotationem ſubjunxit. Siquidem non omnia preſcrutatus abſçeſsit. Poſt hunc in

in noſtris partibus incuria cunctos invaſit, ita ut quædam vetuſta antiquitas operiret, & quam plurima nova neglectus oblivionis abſconderet.

2 Aſt ego procul valde impar, & his quos adnotatio retinet, & illis quos renotatio delectavit, indignuſque ſatis & abſque ſubſtantia totius boni operis, ſucceſſorque ſanctæ memoriæ alterius Eugenij factus in ſede illa glorioſa Toletanæ urbis (quam non ex hominum immenſo conventu glorioſam dico, cum hanc & glorioſorum illuſtret præſentia Principum, ſed ex hoc, quod coram timentibus Dominum iniquis atque juſtis habetur locus terribilis omnique veneratione ſublimis) conatus ſum, etſi non elegans ſtudium, vel obſequelam voluntatis bonæ illorum miſcere memoriæ glorioſæ ſedis, ne incurrerem ex ſilentio damnum, ſi tam glorioſæ ſedis, tamque glorioſorum virorum clareſcentem memoriæ lucem tenebroſa nube ſilentij contexiſſem.

3 Fertur namque ex antiquitate veteri, quod potuiſſe fieri cernitur exemplo temporis novi. Nam Montanus ſedis ejuſdem beatiſsimus Præſul, ut à ſe conjugalis converſationis infamiam propulſaret, tandiu adſumptos veſte candentes narratur tenuiſſe carbones, donec Domino conſecrans oblationem, totius per ſemetipſum compleret Miſſæ celebritatem. Quo ſacrificio expleto, prunarum ignis cum decore veſtis adeo in concordiam venit, ut nec veſtis vim extingueret ignis, nec vis ignis ſtatum læderet veſtis.

4 Rurſum cum Helladio Epiſcopo ſedis ejus Juſtus Diaconus faſtu ſuperbiæ inſultaret, poſt mortem quidem ſui Pontificis vixit Epiſcopus, & ipſe tabefactus, ſed in reprobum verſus ſenſum, ob intemperantiam morum à miniſtris altaris ſui dormiens, ſtrangulatus laqueo expiravit.

5 Item, cum ſucceſſori ejus Juſto Epiſcopo Gerontius presbyter, Principis oblectamine fotus, contemptum, adverſitatemque deferret, tam repentino motu vim perdidit intellectus, ut multis medicorum curatoribus acto quicquid in medelam fieret, totum in peſtis augmentum creſceret. Sicque perinvaluit commotio mentis, ut uſque ad obitum ſuum horror eſſet homini ejus vel participatio viſionis, vel colloquium oris.

 Ad

6 Adhuc etiam ſucceſſori in locum ejus Eugenio priori Lucidius Diaconus ſuus cum innexus amicitiæ ſæculari violenter honorem presbyterij, & quædam prædia extorſiſſet, tam in reprobum ſenſum, tamque in languoris ſupereminentem pervenit ſtatum, ut cum vivere recuſaret, tam mori eſſet quod viveret, quàm vivere, quod mori vellet.

7 Horum ergo bonorum ſtudiis provocatus quæque vetera antiquorum relatu reperi, quæque nova exhibitione temporis didici, orſu linguæ, quo potui ſubnotavi, ut illorum bonæ memoriæ jungar, à quibus prava operatione disjungor. Et qui cum illis in templo Dei non infero doctrinæ copiam, offerentium commendem fideli obſequela memoriam, obſecrans omnes, ut me divinæ ingerant pietati. Quare illos humanæ memoriæ ex qua labi poterant, tenaciter commendavi. Sanè beatiſsimum Gregorium ſanctæ memoriæ Iſidoris adnotaverat: ſed quia non tantum de operibus ejus dixit, quantum nos ſumus experti, ideò renotationem illius ſubmoventes, quæque de illo novimus ſtylo pleniore notamus.

(a) *Sancti Ildefonſi librum de Viris illuſtribus addidimus, quoniam propter argumenti ſimilitudinem in omnibus noſtris libris Iſidoro adjunctus reperitur. Quin & Ildefonſus ipſe eum ſe Iſidoro addidiſſe præfatur.*

I Gregorius Papa Romanus.
II Aſturius Epiſcopus Toletanus.
III Montanus Epiſcopus Toletanus.
IIII Donatus Monachus Afer.
V Auraſius Epiſcopus Toletanus.
VI Joannes Epiſcopus Cæſarauguſt.
VII. Helladius Epiſcopus Toletanus.
VIII Juſtus Epiſcopus Toletanus.
IX Iſidorus Epiſcopus Hiſpalenſis.
X Nonnitus Epiſcopus Gerundenſis.
XI Conantius Epiſcopus Palentinus.
XII Braulio Epiſcop. Cæſarau.
XIII Eugenius Epiſcopus Toletanus.
XIIII Eugenius alter Epiſcopus Toletanus.

## CAP. I.

GRegorius [a] Papa Romanæ ſedis & Apoſtolicæ Præſul, a compunctione timoris Dei plenus, & humilitate ſummus, tantoque per gratiam Spiritus Sancti ſcientiæ lumine præditus, ut non modo illi præſentium temporum quiſquam, ſed nec in præteritis quidem par fuerit unquam. Ita enim cunctorum meritorum claurit perfectione ſublimis, ut excluſis omnibus illuſtrium virorum comparationibus, nihil illi ſimile demonſtret antiquitas. Vicit enim ſanctitate Antonium, eloquentia Cyprianum, ſapientia Auguſtinum. Hic namque in exordio Epiſcopatus ſui edidit librum regulæ paſtoralis, directum ad Joannem [b] Conſtantinopolitanæ ſedis Epiſcopum, in quo docet qualis quiſque ad officium regiminis veniat, vel qualiter dum venerit, vivere vel docere ſubjectos ſtudeat. Scripſit præterea, exceptis opuſculis de quibus Iſidorus beatæ memoriæ mentionem facit, idem excellentiſsimus Doctor, & alios libros Morales, videlicet ſuper Ezechielem Prophetam Homelias viginti duas in libris duobus compactas, in quibus multa de Divinis Scripturis myſtico ac morali ſenſu luculenter, necnon, & facundo ſermone diſſeruit. Super librum Salomonis, cui titulus eſt *Canticum Canticorum*, quam mirè ſcribens, morali ſenſu opus omne exponendo percurrit. De vitis Patrum per Italiam commorantium edidit etiam libros quatuor, quos volumine uno compegit, quem quidem codicem Dialogorum maluit apellari. In quibus libris quanta divinitatis lateant Sacramenta, & in amore cæleſtis patriæ mira documenta, ſtudioſius poteſt facile cognoſcere lector. Extant & ipſius ad diverſos epiſtolæ plurimæ, limato quidem, & claro ſtylo digeſtæ, quas qui perlegerit, liquidò advertet, & in eo ad Deum rectam fuiſſe intentionem, & ad animarum zelum omni vigilantia, & cura extitiſſe ſolertem. Has itaque uno volumine arctans, in libris duodecim diſtinxit, Regiſtrum nominandum eſſe decrevit. Fertur & alia opuſcula edidiſſe egregia: ſed ad manus noſtras nondum pervenerunt. Feliciſsimus tamen & nimium felix, cui dedit Deus ſtudiorum ejus omnia perpendere dicta. Floruit namque vir iſte ſublimis

mis ac beatiſsimus Doctor, & Præſul Mauritio Auguſto regnante.

(a) *Gregorij Papæ vita, quam ſe ſcripſiſſe Ildefonſus ait, in omnibus deſiderabatur exemplaribus Ildefonſi, præter unum illud Monaſterij Fontis ſancti, unde nos bonam partem libelli Iſidori de viris illuſtribus ſumpſimus.*

(b) *Ita Iſidorus, licet in impreſsis Ravennatem.*

## CAP. II.

a b Aſturius a poſt b Audentium in Toletana urbe ſedis Metropolis Provinciæ Carthaginis Pontifex ſucceſſor obvenit, vir egregius adſignans opera virtutum plus exemplo vivendi, quam calamo ſcribentis. Hic & ſacerdotio beatus, & miraculo dignus, quia quibus jungeretur in cælo, eorum terreno reperire membra meruit in ſepulchro. Nam cum ſedis ſuæ ſacerdotio fungeretur, divina dicitur revelatione commonitus, Complutenſi ſepultos Municipio (quod ab urbe ejus c ferme ſexageſimo milliario ſitum eſt, c ) Dei Martyres perſcrutari. Qui concitus adcurrens, quos & tellus aggeris, & oblivio temporis preſſerat, in lucem & gloriam terrenæ cognitionis provehendos invenit. Quibus repertis, redire in ſedem renuens, ſervitute ſimul & aſsiduitate ſanctis innexus, diem clauſit extremum. Cujus tamen ſedem donec vixit, nemo adiit. Inde, ut antiquitas fert, in Toleto Sacerdos nonus, & in Compluto agnoſcitur primus.

(a) *Aſturius, forte qui in I. Concil. Tolet.*

(b) *Audentij Epiſcopi Hiſpani meminit Gennadius.*

(c) *Sanctos Juſtum & Paſtorem paſſos ſub Datiano, de quibus Prudentius.*

## CAP. III.

a Montanus a poſt Celſum primæ ſedis Provinciæ Carthaginis, Toletanæ urbis Cathedram tenuit: homo & virtute ſpiritus nitens, & eloquij opportunitate decorus, regimen honoris retentavit ac diſpoſuit, condigno cæleſtique jure ſimul & ordine. Scripſit epiſtolas duas Eccleſiaſticæ utilitatis diſciplina conſertas, è quibus unam Palentiæ habitatoribus, in qua presbyteros chriſma conficere, Epiſcopoſque alienæ Diœceſis alterius territorij Eccleſias conſe-

cra-

crare, magna perhibetur prohibere auctoritate, ſacrarum litterarum teſtimoniis affirmans, id ipſum fieri penitus non licere. d Amatores quoque Priſcillianæ ſectæ, licèt non operarentur eadem, quia tamen memoriam ejus amore retinerent, abdicat & exprobrat, commemorans quod in libris beatiſſimi Turibij Epiſcopi ad Leonem Papam miſsis eadem Priſcillianorum hæreſis detecta, convicta, atque decenter maneat abdicata. Aliam verò epiſtolam ad Turibium religioſum, in qua collaudans eum, quod culturam deſtruxerit idolorum, comittit ei ſacerdotalis auctoritatem vigoris, per quam presbyteros chriſma conficere, & Epiſcopos alienæ ſortis alterius Diœceſis Eccleſias conſecrare magna compeſcat invectione. Hic vir antiquiſsima fidelique relatione narratur ad exprobrationem infamiæ tamdiu prunas tenuiſſe in veſtimento ardentes donec coram ſedis ſuæ ſacro altari totius Miſſæ celebritatem per ſemetipſum expleret. Peractis autem ſolemnibus, nec prunæ ignem, nec veſtis inventa eſt amiſiſſe decorem. Tunc Deo relatis gratiarum actionibus, per ſimplicem naturam ignis convicta eſt & fallatia deteſtabilis accuſantis, & innocentia beatiſsimi Sacerdotis. Glorioſus habitus fuit [b] temporibus Amalarici regis: annis novem Pontificatus tenuit dignitatem. b

(a) *Montani Archiepiſcopi Toletani duas epiſtolas, quarum Ildefonſus meminit, nos habemus nondum editas. Is verò Turibius, ad quem Montanus ſcribit, Monachus fuit Palentinus, valdè diverſus à Sancto Turibio Aſturicenſi Epiſcopo, cujus corpus Lebanæ apud Aſtures colitur. Eſt & tertius Turibius notarius Romanæ ſedis, cujus mentio fit primo Concilio Bracarenſi.*

(b) *Et ita ſubſcribit Montanus in 2. Concil. Tolet. anno 5. Amalarici.*

## CAP. IIII.

DOnatus [a] & profeſsione, & opere monachus; cujuſdam eremitæ fertur in Africa extitiſſe diſcipulus. a Hic violentias barbararum gentium imminere conſpiciens, atque ovilis diſsipationem, & gregis monachorum pericula pertimeſcens, fermè cum ſeptuaginta monachis, copioſiſque librorum codicibus, navali vehiculo in Hiſpaniam commeavit.

vit. Cui ab illuſtri religioſaque fœmina Minicea ſubſidiis b ac rerum opibus miniſtratis [b] Sirvitanum Monaſterium viſus eſt conſtruxiſſe. Iſte prior in Hiſpaniam monaſticæ obſervantiæ uſum, & regulam dicitur adduxiſſe: tam vivens virtutum exemplis nobilis, quam defunctus memoriæ claritate ſu- c blimis. Hic [c] in præſenti luce ſubſiſtens, & in crypta ſepulcri quieſcens, ſignis quibuſdam proditur effulgere ſalutis, unde & monumentum ejus honorabiliter colere perhibentur incolæ regionis.

(a) *Donatum mirabilium operatorem vocat Joannes Biclar, ann. 572.*

(b) *De Sirvitano Iſidorus in Eutropio.*

(c) Mariana: *Hic &c.*

## CAP. V.

f Auraſius Toletanæ Eccleſiæ Pontifex Metropolis urbis, poſt Adelphium in loco adſciſcitur Sacerdotis, vir bonus, regiminis auctoritate præclarus, domeſticis rebus benè diſpoſitus, adverſitatibus infixis conſtanter erectus: qui d quantò extitit temperatior manſuetis, tantò fortior ſemper fuit inventus adverſis. Plus illi intentio in defenſione veritatis, quàm in ſcribendi exercitio manſit: unde perfectiſsimis viris compar habetur, quia quæ de verbo illorum prædicatio ſeminavit, defenſionis hujus cuſtodia præmunivit. Vixit in Sacerdotio temporibus Witterici, Gundemari, & exordiis Siſebuti regum, annis ferme duodecim.

## CAP. VI.

a b Joannes [a] in Pontificatu [b] Maximum ſequutus Eccleſiæ Ceſarauguſtanæ ſedem aſcendit. Primo Pater monachorum, & ex hoc Præſul factus in regimine populorum: vir in Sacris litteris eruditus, plus verbis intendens docere, quam ſcriptis: tam largus & hilaris dato, quàm hilaris & vultu. Unctionem namque ſpiritus Dei, qua fovebatur interius, tàm largitate muneris, quàm habitudine vultus adeò præferebat, ut & datum gratia commendaret, & non datum gratia excuſaret. In Eccleſiaſticis officiis quæ-

dam

quædam eleganter, & ſono, & oratione compoſuit. Annotavit inter hæc, inquirendæ Paſchalis ſolemnitatis tam ſubtile, atque utile argumentum, ut lectori & brevitas contracta, & veritas placeat patefacta. Duodecim annis tenuit ſedem honoris, adeptus vitam gaudio ad quam anhelavit deſiderabili voto. Subſtitit in Sacerdotio temporibus Siſebuti, & Suinthilani regum,

(a) *Joannes frater Braulionis infra cap.* 12.

(b) *De Maximo Iſidorus de viris illuſtribus, cap.*46.

## CAP. VII.

HElladius, poſt Auraſium, ſedis ejus adeptus eſt locum. Hic cum regiæ aulæ illuſtriſsimus, publicarumque rector exiſteret rerum, ſub ſæculari habitu monachi votum pariter explebat & opus. Nam ad Monaſterium noſtrum ( illud Agalienſe dico, cujus me ſuſceptio Monachum tenuit, quod munere Dei perenniſque ac patentis ſanctitatis decore, & opinabile cunctis, & palàm eſt totis ) quam ſæpè diſcurſantium negotiorum ductus itinere perveniret, remota clientum, ſæculique pompa decoris, adeò Monachorum peculiaritatibus inhærebat, ut turmis junctus eorum, ſtipularum faſciculos ad clibanum deportaret. Cumque inter decorem inſolentiamque ſæculi, ſolitudinis & amaret, & ſectaretur arcana, celeri fuga, relictis omnibus, quæ eſſe noverat mundi, ad id a ſanctum Monaſterium, quod frequentaverat voto, venit permanſurus optabili uſu. Ibi factus monachis Pater, meritis ſtudiiſque ſanctis, & vitam Monachorum debitè rexit, & ſtatum Monaſterij totius, communis rei divitiis cumulavit. Ex hoc feſsis penè ſenio artubus, ad Pontificatus apicem evocatur, & quia vocaretur vi coactus, pariter & ignotus, illic majora virtutum exempla, quàm Monachus dedit: quia ſtatum mundi, quem contempſit virtute, magna perhibetur rexiſſe diſcretione. Miſerationes, eleemoſynarumque copias tam largiter egenis intulliſſe probatur, ac ſi de illius ſtomacho putaſſet inopum & artus deſcendere, & viſcera confoveri. Scribere renuit, quia quod ſcribendum fuit quotidianæ operationis pagina demonſtravit. Me, ad Monaſ-

(a) *Aſsi unas ediciones. La de Madrid* adiit.

naſterium rediens memoratum, ultimo vitæ ſuæ tempore Levitam fecit. Senex obiit: decem & octo annis ſacrum regimen tenuit. Temporibus Siſebuti, Suinthilani, & exordiis Siſenandi Regum beatus habitus fuit: qui poſt beatior gloriam cæleſtis regni bona plenus ſenectute promeruit.

## CAP. VIII.

JUſtus Helladij diſcipulus, illique ſucceſſor innexus eſt: vir habitudine corporis, ingenioque mentis decorus, atque ſubtilis, ab infantia Monachus, ab Helladio ad virtutem monaſticæ inſtitutionis affatim educatus, pariter & inſtructus, in Agalienſi Monaſterio tertius poſt illum rector eſt factus. In Pontificatu autem mox illi ſucceſſor inductus, vir ingenio acer, & eloquio ſufficiens, magna ſpe profuturus, niſi hunc ante longævam vitam dies abſtuliſſet extrema. Scripſit ad Richilanem, Agalienſis Monaſterij Patrem, epiſtolam debita, & ſufficienti proſequutione conſtructam, in qua patenter adſtruit, ſuſceptum gregem relinquere penitus non debere. Extitit rector annis tribus: [a] tempore Siſenandi obiit, qui Rex poſt hunc die nona decima defunctus abſceſsit.

(a) *Subſcribit in 4. Concil. Tolet. an. 3. Siſenandi.*

## CAP. IX.

ISidorus poſt Leandrum fratrem Hiſpalenſis Sedis Provinciæ Beticæ Cathedram tenuit, vir decore ſimul & ingenio pollens: nam tantæ jucunditatis affluentem copiam in eloquendo promeruit, ut ubertas admiranda dicendi ex eo in ſtuporem verteret audientes, ex quo audita bis qui audiſſet, non niſi repetita ſæpius commendaret. Scripſit opera & eximia, & non parva, id eſt, librum de genere officiorum, librum procemiorum, librum de ortu, & obitu Patrum, librum lamentationis, quem ipſe ſynonymorum vocavit, libellos duos ad Florentinam ſororem contra nequitiam Judæorum, librum de natura rerum ad Siſebutum Principem, librum differentiarum, librum ſententiarum. Collegit etiam de diverſis auctoribus quod ipſe cognominat, ſecretorum expoſitiones Sacramentorum: quibus in unum congeſtis, idem liber dicitur Quæſtionum. Scripſit quoque in ultimo ad petitionem Braulio-

lionis Cæſarauguſtani Epiſcopi librum Etymologiarum, quem cum multis annis conaretur perficere, in ejus opere diem extremum viſus eſt concluſiſſe. Floruit temporibus Reccaredi, Liuvanis, Witterici, Gundemari, Siſebuthi, Suinthilanis, & Siſenandi Regum, annis ferè quadraginta tenens Pontificatus honorem, inſignemque doctrinæ ſanctæ gloriam pariter & decorem.

## CAP. X.

NOnnitus poſt [a] Joannem in Gerundenſi ſede Pontifex acceſsit, vir profeſsione Monachus, ſimplicitate perſpicuus, actibus ſanctus, non hominum diutina deliberatione, ſed Dei per homines celeri definitione in Pontificatum adſcitus: adhærens inſtanter obſequiis ſepulchri ſancti [b] Felicis martyris. Rexit Eccleſiam Dei meritorum exemplis amplius, quàm verborum edictis. Hic & in corpore degens, & in ſepulchro quieſcens, fertur ſalvationis operari virtutes. Subſtitit temporibus Suinthilanis & Siſenandi Regum.

(a) *Joannem Biclarenſem Abbatem, de quo Iſidorus* c. 44.

(b) *Felix Gerundenſis Martyr, de quo Prudentius in* 18. *Martyr. & Eulogius.*

## CAP. XI.

COnantius [a] poſt Murilanem [b] Eccleſiæ Palentinæ ſedem adeptus eſt, vir tam pondere mentis, quàm habitudine ſpeciei gravis, communi eloquio facundus, & gravis Eccleſiaſticorum officiorum ordinibus intentus, & providus: nam melodias ſoni multas noviter edidit. Orationum quoque libellum de omnium decenter conſcripſit proprietate Pſalmorum. [c] Vixit in Pontificatu amplius triginta annos, dignus habitus fuit ab ultimo tempore Witerici per tempora Gundemari, Siſebuthi, Suinthilanis, Siſenandi, & Chintilæ Regum.

(a) *Conant. in Concil. Tolet.* 636. (no 456. como ſe eſtampò)

(b) *Murila ſubſcribit in* 3. *Concil. Tolet. Epiſcopus Palentinus non Amalenſis, ut in impreſsis.*

(c) *Itaque moritur circa annum* 638.

## CAP. XII.

BRaulio [a] frater Joannis in Cæſarauguſta decedentis adeptus eſt locum, vir ſicut germanitate conjunctus, ita non

b non [b] minimum ingenio minoratus. Clarus & iſte habitus ca-
c noribus, & quibuſdam opuſculis. Scripſit [c] vitam Æmiliani cujuſdam Monachi, qui & memoriam hujus, & virtutem illius ſancti viri ſuo tenore commendat, pariter, & illuſtrat, Habuit Sacerdotium fermè viginti annis: quibus expletis clauſit
d diem vitæ præſentis. [d] Duravit in regimine temporibus Siſenandi, Chintilæ, Tulganis, & Chindaſvinthi Regum.

(a) *Ad quem ſcribit Iſidorus.*
(b) *Al. nimium.*
(c) *Extat manuſcripta.*
(d) *Itaque moritur circa annum 646.*

## CAP. XIII.

a EUgenius [a] diſcipulus Helladij, conlector, & conſors Juſti, Pontifex poſt Juſtum accedit, ab infantia Monachus, ab Helladio cum Juſto pariter ſacris in Monaſterio inſtitutionibus eruditus. Hunc ſecum Helladius à Monaſterio tullit ad Pontificatum tractus, qui rurſus ab eo Clericalibus inſtitutus ordinibus, ſedis ejus poſt illum tertius rector acceſsit. Et bonum meritum ſenis, qui duobus diſcipulis ſanctiſque filiis Eccleſiæ Dei hæreditatem meruit relinquere gubernandam. Idem Eugenius moribus inceſſuque gravis, ingenio callens. Nam numeros, ſtatum, incrementa, decrementaque, curſus, recurſuſque Lunarum tanta peritia novit, ut conſiderationes diſputationis ejus auditorem & in ſtuporem verterent, & in deſiderabilem doctrinam inducerent. Vixit in Sacerdotio ferè undecim annis, regnantibus Chintila, Tulgane, & Chindaſvintho Regibus.

(a) *Eugenios Archiepiſcopos Toletanos videntur Gothi cognoviſſe duos tantum. Itaque ſecundum, ſive alterum vocant Ildefonſus, Julianus, & Felix, illum quem nos tertium. Temporis enim vetuſtas oblivione obruerat Eugenium primum Martyrem à Dionyſio Areopagita Toletanis miſſum, de quo meminit Ilduinus Abbas, & ſancti Gerardi vita, & concors denique Eccleſia Pariſiorum, atque Toletanorum. Anno tandem Chriſti* 1148. *Raymundus Archiepiſcopus Toletanus ad Concilium Remenſe profectus, in Eugenij monumentum Lutetiæ incidit, & rei geſtæ hiſtoriam ſepulchrique locum noſtris primus nuntiavit. Nuper autem*

*Phi-*

*Philippus Secundus Rex Hiſpaniarum religioſiſsimus, hujus S. Eugenij Martyris corpus ex Gallia ad ſe allatum anno* 1565. *celeberrima pompa excepit, & Eccleſiæ donavit Toletanæ.* Aqui ſe puſo en la edicion Real la nota ſobre Draconcio, que correſponde al Capitulo ſiguiente.

## CAP. XIIII.

ITem Eugenius alter poſt Eugenium Pontifex ſubrogatur. Hic cum Eccleſiæ regiæ Clericus eſſet egregius, vita Monachi delectatus eſt. Qui ſagaci fuga Urbem Cæſarauguſtanam petens, illic Martyrum ſepulchris inhæſit, ibique ſtudia ſapientiæ, & propoſitum Monachi decenter incoluit: unde principali violentia reductus, atque in Pontificatum adſcitus, vitam plus virtutum meritis, quam viribus egit. Fuit namque corpore tenuis, parvus robore, ſed validè ferveſcens ſpiritus virtute, ſtudiorum bonorum vim perſequens, cantus peſsimis uſibus vitiatos, melodiæ cognitione correxit, officiorum omiſſos ordines, curamque diſcrevit. Scripſit de ſancta Trinitate libellum, & eloquio nitidum, & rei veritate perſpicuum, qui Libyæ, & orientis partibus mitti quamtotius poterat, niſi procellis reſultantia freta incertum pavidis iter viatoribus diſtuliſſent. Scripſit & duos libellos, unum diverſi carminis metro, alium diverſi operis proſa, concretos, qui ad multorum induſtriam, ejus ex hoc tenaciter ſanctam valuerunt commendare memoriam. Libellos quoque [a] Dracontij de creatione mundi conſcriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea, quæ inconvenientia reperit, ſubtrahendo, immutando, vel meliora conjiciendo, ita in pulchritudinis formam coegit, ut pulchriores de artificio corrigentis, quàm de manu proceſsiſſe videantur auctoris. Et quia de die ſeptimo idem Dracontius omnino reticendo, ſemiplenum opus viſus eſt reliquiſſe, iſte & ſex dierum recapitulationem ſingulis verſiculis renotavit, & de die ſeptimo, quæ illi viſa ſunt eleganter dicta ſubjunxit. Clarus habitus fuit temporibus Chindaſvinthi, & Receſvinthi Regum, ferè duodecim annis tenens dignitatem, ſimul & gloriam Sacerdotis, ſicque poſt lucis mundialis occaſum in Baſilica S. Leocadiæ tenet habitatione ſepulcrum.

(a) *De Dracontio Iſidorus cap.* 37.

*Dracontius porro Poeta, cujus hìc fit mentio, jam diu fertur impreſſus, non tamen ut fuerat ab Eugenio emendatus: ſed hanc Eugenij emendationem vidi in illo vetuſto Codice Ruicij Azagrij, cujus ſupra mentionem feci.* Eſto ſe puſo en la edicion Real de S. Iſidoro en el cap. preced. donde no hay mencion de Draconcio. Del Codigo de Azagra trató arriba en el cap. 7. de S. Iſidoro: hoy ſe guarda entre los MSS. de la Santa Igleſia de Toledo.

*Hactenus Ildefonſus.*

---

## a HINC [a] JULIANUS.

## CAP. XV.

ILdefonſus memoria ſui temporis clarus, & irriguis eloquentiæ fluminibus exornans ſæcula ætatis noſtræ, noviſſimè Toletanæ Sedis adſcitus in cathedram, Præſul poſt ſecundum Eugenium in Sacerdotium conſecratur, vir tanta laude digniſsimus, quanta virtutum gratia numeroſus. Fuit denique timoris Dei inſtantia præditus, religione compunctus, compunctione profuſus, inceſſu gravis; honeſtate laudabilis, patientia ſingularis, ſecreti tacitus, ſapientia ſummus, diſſerendi ingenio clarus, eloquendi facultate præcipuus, linguæ flumine copioſus, tantoque eloquentiæ cothurno celeber habitus, ut diſputationum ejus profuſa oratio dum porrectè dirigitur, merito non homo, ſed Deus per hominem affatim eloqui crederetur. Hic igitur ſub rudimentis adhuc infantiæ degens, divino tactus ſpiritu, vita delectatus eſt Monachorum, contemptiſque parentum rerumque mundanarum affectibus, Agalienſe Monaſterium petiit, cujus fugam rabido furore inſequens pater, uno tantum maceriæ impeditus eſt obice, quo & furentis eſt deluſa quæſito, & fugientis ſalvata devotio. Nempe parentis furor dum percitus in interiora prætenderet, latibulum quo hic vir oculebatur reliquit. Sicque præterita incurata pertranſiit, & in anterioribus, quæ prætererat, inquiſivit. Armata deinde manu Agalienſem cellam impetens gladio, dum quæſitum non invenit, rediens in propriam, ut perditum deploravit. Percognita igitur præfatus vir abſentia parentali, Agalienſe illico Monaſterium adiit, Monachumque ſe in eo multis ferè annis decenter exhibuit.

Cœ-

Cœnobium quoque virginum in Deibienſi villula conſtruxit, ac propriis opibus decoravit. Rector deinde effectus Agalienſis Cœnobij Monachorum mores exercuit, rem diſcrevit, vitamque ſervavit. Principali poſt hæc violentia Toletum reducitur, atque inibi poſt deceſſoris ſui obitum Pontifex ſubrogatur.

Scripſit ſanè quam plurimos libros luculentiori ſermone potiſsimos, quos idem in tot partibus cenſuit dividendos, id eſt, librum Proſopopejæ imbecillitatis propriæ, libellum de Virginitate S. Mariæ contra tres infideles, opuſculum de proprietate perſonarum Patris & Filij, & Spiritus Sancti, opuſculum annotationum actionis diurnæ, opuſculum annotationum in ſacris, librum de cognitione baptiſmi unum, & de progreſſu ſpiritualis deſerti alium. Quod totum primæ partis voluit volumini connectendum. Partis quoque ſecundæ liber epiſtolarum eſt, in quo diverſis ſcribens, ænigmaticis formulis egit, perſonaſque interdum induxit. In quo etiam à quibuſdam luculentiora ſcriptorum reſponſa promeruit. Partem ſanè tertiam Miſſarum eſſe voluit, hymnorum, atque ſermonum: ulterioris denique partis liber eſt quartus, verſibus, proſaque concretus, in quo epitaphia, & quædam ſunt epigrammata annotata. Scripſit autem & alia multa, quæ variis rerum ac moleſtiarum occupationibus impeditus, aliqua cœpta, aliqua ſemiplena reliquit. Adſcitus autem in Pontificatum nono glorioſi Receſvinthi Principis anno, novem annis, & duobus ferè menſibus, clarus habitus fuit vitæ meritis, & retentatione regiminis: expletoque octavo decimo prædicti Principis anno, ſequenti die, decimo Kalendas Februarij, domicilio carnis exuitur, atque in Eccleſia beatæ Leocadiæ [b] tumulatur ad pedes ſui conditus deceſſoris, cum quo b creditur æterno frui receptaculo claritatis.

(a) *Julianus Archiepiſcopus Toletanus, de quo infra. Felici hæc etiam tribuuntur in aliquibus codicibus.*

(b) *Nunc corpus eſt Zamoræ.*

*Hactenus Julianus.*

a *HINC* a *FELIX.*

## CAP. XVI.

1 JUlianus diſcipulus Eugenij ſecundi, Carthaginis Provinciæ Metropolitanus, poſt beatæ memoriæ Quiricum quarto in loco præceptorum ſuum ſequens, urbis regiæ pontificale culmen adeptus eſt: cujus videlicet civitatis proprius civis extitit, atque in ejuſdem urbis principali Eccleſia ſacroſancti baptiſmatis fluentis eſt lotus, & illic ab ipſis rudimentis infantiæ enutritus.

2 Denique dum ad puerilis formæ deveniſſet ætatem,
b ſanctæ memoriæ collegæ ſui b Gudilanis Levitæ ita ſociali vinculo eſt innexus, & individuæ charitatis unione conjunctus, ut & ambos inviolabilis charitas unum eſſe oſtenderet, & unitas in ambobus præfixa non duas animas, ſed unam his ineſſe monſtraret. Tanta itaque erat inter eos adeptæ unanimitatis communio, ut ſecundum Actuum Apoſtolorum hiſtoriam in duobus corporibus unum cor tantum putaretur, & anima una: ſiſtebant quippe in conſilio providi, & in definitione uni, in laudabili operatione concordes: quique divino afflante Spiritu theoricæ, id eſt, contemplativæ quietis, delectati ſunt perfrui bono, & monaſticæ inſtitutionis conſtringi repagulo.

3 Sed quia aliter in ſuperni numinis fuit judicio, eorum eſt nihilominus fruſtrata devotio. Quamquam tamen minimè peregiſſent deſiderati itineris curſum, non tamen deſierunt à piæ devotionis ſtudio. Et dum ſibi mallent tantum prodeſſe per fugam, cœperunt poſtmodum proximorum ſalute votis gliſcentibus niti. Erant enim in ſubditis docendis operoſæ virtutis, in profectu eorum deſiderabiles, in ſervitute Dei ferventes, in deſiderio decoris domus Domini ſtrenui, in ſeniorum obedientia præſto, atque ſi fieri poſſet, ut omnium emolumentum obtinerent virtutum, animis ferventioribus ſtudebant. Igitur divinorum judiciorum diſpenſatione, ſanctæ recordationis Gudila Diaconus ſexto idus Septembris funeſtæ mortis eventu, anno octavo Wambanis Principis ſub digna confeſsione Dei clauſit ſupremum curriculum, cujus corpuſculum in Monaſterio S. Felicis, quod eſt Cabenſi in villula de-

dedicatum, dilectiſsimi ſocij ſui exhibitione honorificè requieſcit humatum.

4 Poſt ejus itaque diſceſſum aliquantula intercapedine temporum, poſt ſanctæ memoriæ Quiricum idem egregius Julianus præfatæ urbis eſt unctus primatu, tanto laudis titulo prædicandus, quanto diverſarum virtutum ope ſuffultus, ſuis temporibus mirificè compoſuit Eccleſiam Dei. Quinimmo ut ex quo tempore clareſcere cœperit, per hunc textrinum, & telam ſtamine piæ relationis pandam. Poſt deceſſoris ſui obitum divinæ memoriæ Ildefonſi, à [c] decimo ſeptimo fermè anno Receſvinthi Principis, necnon & per omne Wambanis Imperij tempus uſque ad tertium regni glorioſiſsimi Egicanis Regis annum, in Levitici, Presbyterij, ac Pontificatus honore conſiſtens, celebre nomen obtinuit. c

5 Fuit enim vir timore Domini plenus, prudentia ſummus, conſilio cautus, diſcretionis bono præcipuus, eleemoſynis nimium deditus, in relevatione miſerorum promptiſsimus, in ſuffectu [d] oppreſſorum devotus, in interveniendo diſcretus, in negotiis dirimendis ſtrenuus, in providendis judiciis æquus, in ſententia parcus, in vindicatione juſtitiæ ſingularis, in diſceptatione laudabilis, in oratione jugis, in divinarum laudum exolutione mirabilis. Quod ſi forſan in officiis divinis, quidquam, ut ſolet, difficultatis occurreret, ad corrigendum facillimus, pro ſacris luminibus vehementer admonitus, in defenſione omnium Eccleſiarum eximius, in regendis ſubditis pervigil, in comprimendis ſuperbis erectus, in ſuſtentatione humilium apparatus, debita auctoritate munificus, amplectendæ humilitatis bono opimus, ac generaliter univerſa morum probitate conſpicuus, in pietate affluens, ut non eſſet cui in anguſtiis conſtituto non ſubvenire vellet: ita unius charitatis exuberans, ut non à ſe boni quidpiam cuique poſtulanti ex charitate præſtare deſiſteret: ſic denique ſe Deo charum maluit exhibere in omnibus, & præſtabilem hominibus cunctis oſtendere, ut & illi uſquequaque placeret, & hominibus propter Deum, ſi fieri poteſt, devota ſatisfaceret mente. Tanto nobilium præcedentium virorum dignis meritis coæquans, quanto ab eis in nullo virtutum corpore extitit infimus. d

*6* Eccleſiaſticos itaque bene habitos ordines in ſui regiminis ſede ſollicitiori cura ſervavit; vitiatos utiliter ſubcorrexit: minus habitos prudenti diſpoſitione inſtituit, ac de officiis quam plurima dulcifluo ſono compoſuit. At nunc, quoniam Sancti Spiritus ubertate repletus, & irrigui fontis affluentia præditus fulſit ſummam librorum ejus, quos per eum Deus ad utilitatem Eccleſiæ ſuæ deprompſit, iſtinc lector addiſce.

7 Conſcripſit etenim librum Prognoſticorum futuri ſæculi ad beatæ memoriæ Idalium Epiſcopum directum, habentem in capite epiſtolam, quæ ipſi eſt directa, & orationem. Cujus codicis opus diſcretum in tribus libris habetur. Ex quibus primus de origine mortis humanæ eſt editus: ſecundus de animabus defunctorum, quomodo ſeſe habeant ante ſuorum corporum reſurrectionem: tertius de ſuprema corporum reſurrectione. Item librum reſponſionum ad quem ſupra directum, in defenſionem canonum & legum, quibus prohibentur Chriſtiana mancipia dominis infidelibus deſervire.

8 Item Apologeticum fidei, quod Benedicto Romanæ urbis Papæ directum eſt. Item aliud Apologeticum de tribus capitulis, de quibus Romanæ urbis Præſul fruſtra viſus eſt dubitaſſe. Item libellum de remediis blaſphemiæ cum epiſtola ad Adrianum Abbatem. Item librum de ſextæ ætatis comprobatione, qui habet in capite orationem, & epiſtolam ad Dominum Ervigium Regem. Eſt tamen idem codex tribus libris diſtinctus. Nam primus eorum habet Veteris Teſtamenti quam plurima documenta, quibus abſque aliqua ſupputatione annorum, Chriſtus Dei Filius non naſciturus, ſed jam natus patulè declaratur. Secundi verò ſeries libri decurrit per oſtenſam Apoſtolorum doctrinam, quæ dilucide monſtrat, Chriſtum in plenitudine temporis de Maria Virgine natum, non in annis à principio mundi collectis. Tertij quoque libri excurſus ſextam ætatem, in qua Chriſtus natus eſt, haud dubie adeſſe veris documentis oſtendit. In quo quinque præteritæ ætates ſæculi non in annis, ſed præfixo generationum limite, diſtinguuntur.

*9* Item librum carminum diverſorum, in quo ſunt hymni, epitaphia, atque de diverſis cauſis epigrammata numero-

roſa. Item librum plurimarum epiſtolarum. Item librum Sermonum, in quo eſt opuſculum modicum de vindicatione domus Dei, & eorum qui ad eam confugiunt. Item librum de contrariis, quod Græcè ἀντικειμένων voluit titulo adnotari, qui in duobus diviſus eſt libris: ex quibus primus diſſertationes continet veteris Teſtamenti, ſecundus Novi.

10 Item librum hiſtoriæ de eo quod Wambæ Principis tempore Galliis extitit geſtum. Item librum ſententiarum, ex decade pſalmorum B. Auguſtini breviter ſummatimque collectum. Item excerpta de libris S. Auguſtini contra Julianum hæreticum collecta. Item libellum de divinis judiciis, ex ſacris voluminibus collectum, in cujus principio eſt epiſtola ad Dominum Ervigium, comitatus ſui tempore, pro eodem libello directa. Item librum reſponſionum contra eos, qui confugientes ad Eccleſiam perſequuntur.

11 Item librum Miſſarum de toto circulo anni, in quatuor partes diviſum: in quibus aliquas vetuſtatis incuria vitiatas ac ſemiplenas emendavit atque complevit; aliquas verò ex toto compoſuit. Item librum Orationum de feſtivitatibus, quas Toletana Eccleſia per totum circulum anni eſt ſolita celebrare, partim ſtylo ſui ingenij depromptum, partim etiam inolita antiquitate vitiatum, ſtudioſè correctum in unum congeſsit, atque Eccleſiæ Dei uſibus ob amorem reliquit ſanctæ Religionis.

12 Præſulatus autem honorem, & Sacerdotij dignitatem annis decem obtinuit, menſe uno, diebus ſeptem. Quique etiam inevitabilis mortis præventus occaſu, anno tertio [e] Egicanis Principis, pridie nonas Martij, Era ſeptingenteſima vigeſima octava diem vitæ clauſit extremum, ac ſic in baſilicaglorioſiſsimæ S. Leocadiæ Virginis ſorte ſepulchrali eſt tumulatus. e

(a) *Felix Archiepiſcopus Toletanus.*

(b) *Gudila in Concil. Tolet.* 11.

(c) 18. *dicitur in Ildefonſo.* No apela aqui el año 17. de Receſvintho ſobre el de la muerte de S. Ildefonſo, ſino ſobre el tiempo en que empezò à ſobreſalir el nombre de S. Julian.

(d) Mariana *ſuffultu.*

(e) *Juliani Archiepiſcopi Toletani feruntur jam aliquot ope-*

*ra typis excuſa: nempè Prognoſticum ad Idalium Barcinonenſem Epiſcopum, & de ſextæ ætatis comprobatione ad Ervigium Regem Gothorum: quamquam hoc falsò inſcribitur contra Judæos. Sed illud multo minus ferendum, quod aliqui hunc noſtrum vocent Pomerium, cum ille Pomerius, cujus Gennadius, & Iſidorus meminere, longè ſit noſtro antiquior, & ſæpè ab ipſo citetur. Reddamus quoque noſtro Juliano Toletano, ut vero auctori, librum* ἀντικειμένων *ſive contrariorum, qui hactenus ſine nomine auctoris fertur cum Junilio Africano. Eum nos Juliani eſſe deprehendimus admoniti verbis Felicis, & multis locis, quos ex libro* ἀντικειμένων *Juliani citat Samſon Abbas libro adverſus Hoſtigeſium Epiſcopum Malacitanum, quod opus ſcriptum anno Chriſti 864. legi in Bibliotheca Eccleſiæ Toletanæ. Habeo & hiſtoriam à Juliano editam de rebellione Pauli Ducis Narbonenſis in Wbambam Regem Gothorum. Eum librum cum aliis veteribus cogito volente Deo in lucem dare.*

# APENDICE VII.

## DE ALGUNOS SERMONES INEDITOS de S. Ildefonſo, y dos Cartas à *Quirico* de Barcelona.

EN un libro MS. de pergamino, donde ſe incluye la obra *de Virginitate S. Mariæ* de S. Ildefonſo, ſe ponen immediatamente à dicha obra dos Sermones del Santo para el dia de la Virgen: y aunque no ſon de puntos hiſtoriales, con todo eſſo me parece que no eſtàn publicados, y por tanto quiero darlos aqui.

La antiguedad del MS. es, à lo menos del Siglo XIII. y ſe halla en mi Eſtudio. Tiene los defectos comunes de los copiantes de aquel tiempo, no tanto por las abreviaturas, indiferentes à diverſos vocablos, quanto por ignorar latin quien lo eſcribiò. Eſto ha ſido cauſa de que algunas clauſulas y voces no tengan la propriedad y energia que ſe deſcubre en otras: pero no he queri-

rido alterar, contentandome con corregir algunos ſolecíſmos. De aqui ſe infiere, que no debes atribuir al principal Autor los defectos contrahidos por los malos copiantes.

Sobre ſi eſtos Sermones ſon obra genuina de S. Ildefonſo, no tengo mas fundamentos que el hallarſe en ſu nombre, y ſaber por S. Julian, que eſcribiò *Sermones.* El eſtylo diverſo del que obſervò en el libro *de Virginitate*, prueba diverſidad en las materias, pero no baſta para calificar diferencia en el Autor: porque fuera de la variedad que ſe vè en otros Padres, hallamos en el miſmo S. Ildefonſo que en el libro de Varones iluſtres, y en las Cartas, no usò del torrente de Synonymos que dejò correr en el de Virginitate: y aſsi el diferente modo de decir en diverſas materias, no prueba diverſidad en el Autor. Fuera de que, el modo de introducir la perſona del Sectario, y la conciſion y ſencillèz con que los Padres inſtruìan al Pueblo en ſus Tratados, no deſdice del genio y eſpiritu manifeſtado por el Santo en otras Obras: y aſsi no tengo fundamento para no atribuirle eſtos Sermones.

El tercero ſe halla en un MS. membranaceo de la Santa Igleſia de Toledo (*Cajon* 15. *n.* 13.) en el libro de S. Ildefonſo *De Perpetua Virginitate B. Mariæ*, donde ſobre otros doce, es eſte ſexto en orden. Remitiomele el Señor Doctoral *D. Juan Antonio de las Infantas*, (aviſandole yo de los dos de mi MS. que intentaba imprimir) para que conviniendo en no eſtàr eſtampado entre otras obras del Santo, acompañaſſe à los que yo ideaba publicar.

Añado dos Epiſtolas del Santo; que aunque Aguirre las incorporò en ſu Coleccion, tomandolas de *Acheri*, conviene reproducirlas aqui, por haverlas publicado mejor el Cl. *Martene* tom. 3. Spicil. p. 314. y es razon ſe haga vulgar la mejorìa; por quanto no todos tienen las referidas obras, que ſon de mucho precio.

***

SER-

## SERMO IN DIEM SANCTÆ MARIÆ.

1 Exhortatur nos Dominus Deus noſter, pariter & admonet, dicens: *Audi Iſrael Dominus Deus tuus Deus unus eſt.* Deus noſter hic non poteſt extimari, non poteſt mutari, non poteſt numerari, dicente Propheta David: *Magnus Dominus noſter & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus.* Optimè noſtis iſta fratres chariſsimi, qui corde fortiter tenetis catholicam veritatem. Audite tamen breviter quod adjuvante Domino propoſui explanandum. Deus unus eſt Pater, Deus unus eſt Filius, Deus unus eſt Spiritus Sanctus. Non tres Dij, ſed unus Deus. Tres in vocabulo, ſed unus in Deitate ſubſtantiæ. Sed dicet mihi Hæreticus: Ergo ſi unum ſunt, omnes ſunt incarnati. Non. Sed ad ſolùm Chriſtum pertinet caro. Nempe aliud eſt anima, aliud ratio; etenim in anima eſt ratio, ſed una eſt anima. Sed aliud agit anima, aliud ratio. Anima vivit, ratio ſapit. Ad animam pertinet vita, ad rationem pertinet ſapientia. Et licet unum ſint, anima ſola ſuſcipit vitam, ratio ſola ſuſcipit ſapientiam. Sic & Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, licèt unum ſint, & unus Deus ſint, ad ſolum Chriſtum pertinet caro, ſicut ad ſolam rationem pertinet ſapientia.

2 In Sole candor & ſplendor uno radio ſunt: ſed calor exicat, ſplendor inluminat. Aliud ſuſcipit calor, aliud ſplendor. Et licèt calor & ſplendor ab invicem non queant ſeparari, ſuſcipit calor fervorem, non inluminationem. Suſcipit ſplendor inluminationem, non fervorem. Aliud ſimul, aliud ſingulares agunt. Tamen ab invicem non ſeparantur. Sic & Filius ſuſcepit carnem, & non deſeruit Patrem, nec defuit à Patre. Suſcepit, inquam, Filius carnem in proprietate, ſed tamen & Pater & Spiritus Sanctus non defuerunt majeſtate. In divinitate æqualitas, in carne ſola Filij proprietas. Non tamen ab eo Patris & Spiritus Sancti receſit aliquando divinitas. Cum ergo una ſit deitas, una ſit divinitas, impleverunt quidem carnem Chriſti & Pater & Spiritus Sanctus, ſed majeſtate, non ſuſceptione. Vis ſcire quod cum eo fuit Pater? ipſe Dominus dicit. Non ſum ſolus, quia Pa-

pater mecum eſt. Audite & de Spiritu Sancto, quia cum eo erat Evangeliſta teſtatur: Quia Jeſus egreſſus à Jordane plenus Spiritu Sancto. Ecce ſic ſolus Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſuſcepit carnem, & tamen Pater & Spiritus Sanctus non defuerunt majeſtate. Si cælum & terram implet Pater, implet & Spiritus Sanctus; carnem Chriſti deſerere non potuerunt, quando in divinitatis unitate manſerunt.

3 Ad hoc Citharam reſpice. Ut muſicum melos ſonis dulcibus reddat, tres pariter eſſe videntur: Ars, manus, & corda. Et tamen unus ſonus auditur. Ars dictat, manus tangit, reſonat corda. Tria quidem pariter operantur, ſed ſola corda reſonat quod auditur. Nec ars, nec manus ſonum reddunt, ſed ea cum corda pariter operantur. Sic nec Pater, nec Spiritus Sanctus, ſuſcipiunt carnem, & tamen cum Filio pariter operantur. Sonum ſola corda excutit: carnem ſolus Chriſtus accepit. Operatio in tribus conſtat. Sed quo modo pertinet ad ſolam cordam ſoni retinctio, ſic pertinet ad ſolum Chriſtum carnis humanæ ſuſceptio.

4 E contra Judæus: contra naturam, inquit, parere Virgo Maria non potuit. Et deteſtandus Manichæus: Si caro, inquit, erat, virgo eſſe non potuit: ſi virgo peperit, fantaſma fuit. Utriſque reſpondendum eſt. De hiſtoria veteris teſtamenti neceſſarium exemplum contra Judæum. Dominus Sancto Moyſi præcepit de ſingulis tribubus ſingulas virgas afferri. Adlatæ ſunt duodecim virgæ; inter quas una erat quæ Aaron fuerat Sacerdotis. Poſitæ ſunt à Sancto Moyſe in tabernaculo teſtimonij. Virga autem Aaron poſt alterum diem invenitur ſubitò produxiſſe flores, & frondes, & peperiſſe nuces. Delectat hoc myſterium cum charitate veſtra contra perfidiam judaicam commiſceri, ubi maximè figura intervenit ſacramenti. Virga hæc protulit quod ante non habuit, nec radicata plantatione, nec defoſſa ſarculo, non animata ſucco, nec fœcundata ſeminario, & tamen cum illic deeſſent univerſa jure naturæ, protulit virga quod nec ſemine ſuggeri potuit, nec radice. Virga ergo potuit contra naturam nuces educere, & virgo Sancta Maria non potuit contra naturam ex juſſu Dei Filium generare? Dicat igitur mihi Judæus incredulus, quemadmodum arida vir-

virga floruit, & fronduit, & nuces protulit: & ego dicam illi, quemadmodum Maria Dei Filium concepit & peperit. Profecto Judæus nec conceptum poterit virgæ explicare, nec virginis partum. Veniat ad Eccleſiam; exponitur illi ut agnoſcat. Verumtamen ordinem officij naturaliter virgo peregit, expectans tempora pariendi: Virga autem non habuit tempora germinandi: Virgo autem decurſis novem menſibus peperit: Virga enim alia die quod natura non habuit germinavit. Sed virginem dicis parere, natura nullatenus patitur. Deus enim qui mirabile ſignum oſtendit contra naturam, ut aſina loqueretur; ipſe mirabilius facere voluit, ut Chriſtus de Sancta Maria Virgine naſceretur.

5 Audiat & verſutus ille Manichæus aliud Sacramentum. Solis radius ſpecular penetrat, & ſoliditatem ejus inſenſibili ſubtilitate pertrajicit: & talis videtur intrinſecus, qualis & extrinſecus. Itaque fratres, nec cum ingreditur violatur, nec cum egreditur diſsipat, quia in ingreſſu & regreſſu ejus ſpecular integrum perſeverat. Specular ergo non rumpit radius ſolis: integritatem virginis ingreſſus aut regreſſus vitiare poterat deitatis?

*6* Sed quid ulterius immoror? Audiat Chriſtianus quod non vult audire Judæus, vel Heræticus Manichæus; ut hic proficiat in fide redemptus; ille autem deficiat induratus. Virga illa unde ajebamus Aaronis, Virgo Maria fuit; quæ verum nobis Chriſtum Sacerdotem concepit & peperit: de quo David cecinit dicens: Tu es Sacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech. Superiore namque verſu jam dixerat: Virgam virtutis ſuæ emittet Dominus ex Syon, & dominabitur in medio inimicorum ſuorum. Eſàias quoque Propheta repletus Spiritu Sancto canit & dicit: Exiet Virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet, & requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, & replebit eum ſpiritu timoris Domini. Quod ergo hæc virga nuces protulit, imago dominici corporis fuit. Nux enim trinam habet in ſuo corpore ſubſtantiæ unionem. Corium, teſta, & nucleum. In corio caro: In teſta, oſſa: In nucleo, interior anima deſignatur. In corio nux carnem ſignificat Salva-

vatoris, quæ habuit in ſe aſperitatem vel amaritudinem paſſionis. In nucleo interiorem declarat dulcedinem deitatis, quæ tribuit paſtum, & luminis ſubminiſtrat officium. In teſta lignum interſerens Crucis, quod non diſcrevit id quod foris vel intus fuit. Sed quæ terrena & cæleſtia fuerant, Mediator ligni interpoſitione ſociavit.

7 Sed quia non deſunt qui dicant, non poſſe fieri, ut Chriſtus de Maria Virgine naſceretur, aſſerentes, cum ſint immundi, (eo) quod pars illa corporis fuerit turpis. Quod ſi aliquid ibi fuiſſet immunditiæ, ſua præſentia Dominus purificaret; Adtende ſolem radios ſuos ubique mittere, in ſordibus, in cloacis, in locis etiam ſqualidiſsimis. Immunde hæretice: cloacas intrat ſol, & non inquinatur: Deitas potutuit inquinari à vulva virginis? Anima tua impia, anima infidelis, & tenebroſa, quæ iſta ſibi confingit, adtendens ſpiritibus erroris, ubi eſt? Numquid tantum in capite? Numquid tantum in oculis, & non etiam in inteſtinis tuis, ubi ſunt ſtercora tua? Immunde herætice: anima tua non inquinatur ab ſtercore tuo, & Jeſus inquinari potuit ab opere ſuo?

8 Sunt etiam qui dicunt, quia Sancta Maria habuerit filios ex Joſeph poſt partum Domini, quod nefas eſt dici. His breviter reſpondemus. Genitalia ex quibus in mundum procedimus portæ dicuntur: & non ſolumdicitur, ſed etiam ſcribitur. Sanctus enim Job ſic dicit de die nativitatis ſuæ. Qui non concluſit (inquit) portas ventris matris meæ, ne me pareret. Jam videte fratres quomodo porta per quam ingreſſus eſt Dominus ſemper fuerit clauſa. Sic enim ait Ezechiel Propheta: Et converti me, inquit, ad viam portæ ſanctuarij quæ reſpiciebat ad Orientem, & ecce erat clauſa. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc quam vides clauſa erit, & non aperietur. Vir non tranſiet per eam, quoniam Dominus Deus Iſrael egredietur per eam, & ſemper erit clauſa. Ecce ubi evidenter oſtenditur nobis, quia Sancta Maria ſemper virgo fuerit. Virgo ante partum, virgo in partu, virgo poſt partum. Cantet ergo tibi Domine omnis terra canticum novum: quia feciſti in cælo novum, ut virgo ſine virili complexu virilem conciperet & pareret ſexum. Con-

ce-

cepit, & Virgo eſt: Generat, & virgo eſt: Lactat, & virgo eſt. Maria ſancta, hæretice, mater eſſe potuit, mulier eſſe non potuit. Intumeſcunt ubera Virginis, & intacta manent genitalia matris. Utique corrumpi non potuit, quæ integritatem genuit. Magnum meritum, magnum donum, magna gratia. Ancilla peperit Dominum, creatura peperit creatorem, Filia peperit Patrem, filia divinitatis, mater humanitatis. Verbum caro factum eſt & habitavit in nobis.

## ITEM ALIUS EJUSDEM.

1 RAbbi: Filius Dei ſine tempore natus ex Patre quid erat antequam veniret in homine? Facite itaque vos quæſiſſe & dixiſſe: Antequam Chriſtus de Maria Virgine naſceretur, putas erat, aut non erat? His cogitationibus reſpondet ipſe Dominus; Quando enim ei dictum eſt à Judæis quinquaquinta annos nondum habes, & Abraham vidiſti? Reſpondit, & dixit: Amen dico vobis, ante Abraham ego ſum. Ergo erat. Sed quid erat? Ne forte aliquis dicat, Angelus erat, audite oraculum. Sanctum Evangelium reſpondet vobis. Noſtis quod erat Chriſtus, & quæritis quid erat? In principio erat Verbum. Ecce quid erat. In principio erat Verbum, non in principio factum eſt Verbum, ſed erat Verbum. Dic quale Verbum? Vis audire, quale Verbum? Et Deus erat Verbum. O Verbum! Tale Verbum quis explicet verbis? Et Deus erat Verbum. Sed forte Deus factus eſt à Deo? Abſit. Undè ſcimus quod abſit? Noli dicere factum. Audi quod ſequitur Evangelium. Omnia per ipſum facta ſunt. Omnia quid eſt? Omne quidquid factum eſt à Deo, per ipſum factum eſt. Quomodo ergo ipſe factus eſt? Numquid ipſe ſe fecit? Poſtremo ſi ipſe ſe fecit, erat qui ſe faceret. Si ergo qui ſe faceret erat, nunquam deerat.

2 Quomodo ergo in Virgine tale Verbum? Quomodo verbum Dei in utero Virginis? Angelos non deſeruit, Patrem non deſeruit. Quomodo ergo in illo utero includi potuit? Abſit. Eſſe potuit, includi non potuit. Quomodo inquit eſſe potuit tan-

tantus in loco tantillo? Ergo nec capit uterus quem non capit mundus. De verbo meo vobiſcum ago. Ecce quod loquor, quod vobis dico, hoc comprehendite. Hoc certè miramur, quomodo Chriſtus carnem accepit. De Virgine natus eſt, & à Patre non receſsit. Ecce ego quod loquor vobis, antequam ad vos proferam verbum, jam in corde habeo verbum. Non enim dicerem vobis, niſi antea cogitarem. Quando cogitavi quod vobis dicerem, jam in corde meo verbum erat. Et querebam, quomodo veniret ad te quod erat in me. Attendi cujus linguæ eſſes. Inveni te latinum. Latinè tibi proferendum eſt verbum. Si autem Græcus eſſes, græcè tibi loqui deberem, & proferrem ad te verbum græcum. Prorſus verbum quod eſt in corde meo, antecedit linguas iſtas. Quæro illi ſonum quaſi vehiculum, unde perveniat ad te, quod non recedit à me. Ecce audiſtis, & quod erat in corde meo jam eſt & in veſtro. Et in meo eſt, & in veſtro eſt. Et vos habere cœpiſtis, & ego non perdidi. Sicut verbum meum adſumpſit ſonum, per quem audiretur; ſic Verbum Dei adſumpſit carnem, per quam videretur. Et ſicut verbum meum quod ad vos acceſsit, à me non receſsit; ſic Verbum Dei cum in utero matris fuit, Patrem penitùs & cæleſtia non reliquit. Quia qui per humanitatem gignebatur in carne, per divinitatem cum Patre regnabat & regnat ubique. In utero Virginis ita teneri potuit, includi non potuit. Sicut ſapientia hominis animo reunitur, nec tamen quolibet vinculo religatur; ſic quoque magnus Deus parvo virginis habitabit in utero, ſicut ſemper habitat in corde puriſsimo. Quantum potui dixi. Et tamen quid dixi? quis dixit? Homo loqui vult de Deo. Tantus eſt, talis eſt, ut nec loqui eum poſsimus, nec de eo tacere debeamus. Accipiat in voce noſtra affectum, non defectum. Gratias tibi Domine quia volui dicere. Quàm longe eſt à tua magnitudine quod dixi, tu ſcis. Tamen de modicis micis menſæ tuæ pavi conſervos meos. Paſce tu interius quos regeneraſti & nutriſti. Domine Deus nos voca ut accedamus ad te: firma ne recedamus à te. Ut cum nos in hac vita cum pietate correxeris, & ad te ſine confuſione perduxeris, laudemus nomen tuum in ſæcula ſæculorum. Amen.

Deo gratias.

ITEM

# ITEM SERMO DE SANCTA MARIA.

1 CReator omnium, & auctor vitæ, dilectiſsimi fratres, ſicut fides veſtra optime novit, Dominus Deus eſt; quia ſcriptum eſt: Apud te eſt Domine fons vitæ; & in lumine tuo videbimus lumen. Et Adam, primus homo, creatus eſt à Deo valde benè; ſed per Evam, ſuadente ſerpente, deceptus eſt valde malè. Auctor verò mortis Diabolus eſt; ſicut ſcriptum eſt, per invidiam Diaboli, mors introivit in orbem terrarum, & imitantur eum, qui ſunt ex parte ejus.

2 Ipſe enim Diabolus rectè à Deo conditus eſt, & in veritate noluit ſtare; ſed mox ut creatus eſt per ſuperbiæ ſuæ vitium, offenſo Creatore, cæleſti ſede caruit. Quas ſedes Dominus reparare cupiens protoplaſtrum, ſcilicet Adam, & Evam uxorem ejus, ex terra in terram condidit: ex quorum genere ruinas vacuas Cæli reparet. Sed auctor mortis hanc reparationem invidens, fontem rudem humani generis, tamquam rivulos nativitatis per arva ſpargeret, venenum ſuæ mortis immiſcere feſtinavit. Sic ergo genus humanum, quaſi unam arborem, adhuc in radice teneram, tamquam in propaginis prole prodiret, vitiavit.

3 Inde eſt ergo, quod radix vitiata, quotidie indeſinenter frondet, frondeſque ejus indeſinenter per mortem marceſcunt: & ſæpe contingit quod aurum fulgens reperiatur in luto, & ex pungenti ſpina pulchra, rubens, oriatur & roſa. Hoc enim operante providentia Divina ex radice vitiata, ſine vitio prodiit virga, quæ intelligitur Beatiſsima Virgo Maria, atteſtante Iſaia Propheta, qui dixit: Exiet virga de radice Jeſsè, & flos de radice ejus aſcendet.

4 Hujus enim glorioſæ Virginis, id eſt, ſanctæ Mariæ, figuram tenuit virga illa, quæ fuit in miniſterio Aaron Sacerdotis, jubente Domino, à Sancto Moyſe in Tabernaculo poſita; quæ altero die ſola fronduit, nuceſque protulit: quia proculdubio ſola Virgo Maria fuit, quæ Dominum peperit, & poſt partum Virgo permanſit. Per hanc ergo auctor vitæ, auctorem mortis patenter damnavit; dum per mulieris filium damnavit mulieris peccatum. Scriptum eſt enim: Initium pec-

ca-

cati à Muliere cœptum eſt, & nos per illam morimur. Et iterum Adam non eſt ſeductus, mulier verò ſeducta. Ita è contrario à muliere cœpit reparatio vitæ, per cujus filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum omnes reſurgimus; quia ſcriptum eſt: Sicut in Adam omnes moriuntur; ità & in Chriſto omnes vivificabuntur.

5 Videamus ergo, fratres chariſsimi, qualitèr ſibi iſtæ duæ mulieres diſtent. Ad Evam enim auctor mortis, per tortuoſum ſerpentem, mortem ſuaſit; è contra Beatæ Mariæ, auctor Vitæ, per Gabrielem Archangelum, ſalutis auxilium miſsit. Evæ enim ſuaſit Diabolus, ut comederet cibum vetitum; Mariæ nuntiavit Angelus quod conciperet per obedientiam promiſsionis filium.

6 Eva comedens prohibitum pomum, & ſibi nocuit & viro; Beata Maria concipiens nobis datum filium, ſicut ſcriptum eſt, puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & fœminis profuit, & viris. Illa enim in animo furto rapere viſa eſt Divinitatis eſſentiam: atteſtante Sanctæ Trinitatis eloquio: Ecce Adam factus eſt quaſi unus ex nobis; Maria autem humilem ſe confitetur Domini eſſe Ancillam. Ait enim ad Angelum: Ecce ancilla Domini fiat mihi ſecundum verbum tuum. Sancta Maria per obedientiam humilitatis obumbratur à virtute altiſsimæ Divinitatis; Eva per corruptionem concipiens, & in dolore pariens, ſub viri poteſtate fuit; Maria per myſterium Spiritus Sancti, fide concipiens, gaudio pariens, indè Reges & Principes ovantes, ejus cupiunt ſubjici poteſtatî. Eva de Paradyſo mittitur ad exilium; Maria de exilio hujus ſæcúli elevatur ad Cælum.

7 Eva timens poſt partum abſconditur inter ligna Paradyſi; Maria Virgo gaudens poſt partum circúmdatur cætibus Angelorum Cæleſtis militiæ, dicentium cum gaudio: Gloria in excelſis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Eva poſteros ex ſua carne naſcentes homines tranſmiſsit ad inferos; Benedicta Maria ex ſua prole natos dirigit ad Cælos. Ex carne Evæ dicuntur filij hominum; ex beatæ Mariæ filio renati, non dicuntur filij hominum; ſed filij Dei. Ut quid ulterius immoror protrahendo plurima? Eva obfuit; Maria profuit. Eva luxit; Maria illuxit. Sileat ergo nunc à fœminis, per

Beatam Mariam mortifer, & male ſuaſibilis ſibilus; quia jam ſumus omnes redempti per glorioſæ Virginis Mariæ filium. Cadat, & improperium Evæ, quia univerſi ſumus læti per partum Sanctæ Virginis Mariæ.

8 Exultet, & lætetur celebrando hunc diem ſolemnitèr Chriſtianorum caterva, quia vita, quam deſtruxerat Eva, reparatur per beatam Mariam. Sed & potius gaudete beatæ puellæ Virgines Chriſti, quæ per exemplum beatiſsimæ Mariæ Sanctiſsimæ Virginis, carnales nuptias contemnentes, dolorem partus, poteſtatem viri, curam carnis, luctum pignoris, & ſolicitudines Mundi evadentes, ut ſine impedimento vivere ſtudeatis, & probetis, ſicut nos monet Beatus Apoſtolus dicens: Dominum exorando, terrena deſideria reſpuendo, polum in dote merebimini: quia ſociatæ Beatæ Mariæ thalamo Chriſto placebitis. Funera non plangetis, quum ſine fine gaudia ſumetis; quia immortaliter vivit amor veſter Chriſtus Dominus Jeſus. Et quia ſemper vivit Chriſtus, cum quo eſt amor veſter, regnaturæ eſtis & vos pariter cum omnibus Sanctis. Fuſis ergo precibus, fratres chariſsimi, cuncti Dominum communiter deprecemur, ut qui Sanctæ Mariæ Virginis dignatus eſt, propter noſtram redemptionem, noſtramque ſalutem, habitare nobiſcum, & qui eam ſuper aſtra Cæli, ac ſuper Virginum Choros facit regnare in Cæleſtibus, ipſe nos, ejus meritis ſuffragantibus, jubeat fieri in Sanctorum Congregatione participes, ut non inveniat in animabus noſtris ille ſævus accuſator, quod perimat; ſed ejus immenſa pietas nos miſericorditer pertrahat ad Coronam, qui vivit & regnat cum Deo Patre per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

EPIS-

# EPISTOLA S. ILDEFONSI
## TOLETANÆ SEDIS ARCHIEPISCOPI.

Sanctiſsimo ac venerabili Domino [a] Quirico Epiſcopo
Ildefonſus famulus veſter.

DEdi gloriam Domino Jeſu meo, cum accepi Epiſtolam beatitudinis veſtræ, gratiarum orſu confectam. Dederas enim & ipſe in bonis, ut devota mortalitas quivit, beatæ immortalitati honorem debitum, tenens in æqualitate judicij pondus, ut illi ſoli laudem inferas, cujus opus agnoſcis. Quia ergo gratia Dei ad te miſsit, pro quibus à te vota laudationis accepi, benedicamus illum ſimul in unum, qui & per me intulit materiam piæ proſequutionis, & à te accepit ſibi ſoli debitam gloriam laudis.

In cæteris autem ſto ego in memetipſo in reatu conſcius, in pavore anxius, ante judicem confuſus, ante adventum judicis terrore commotus; rurſum autem ex redemptione fidus redemptionis, actionis prorſus Redemptoris pietate ſalvandus. Cujus ſi quæras opus, peccatum eſt; ſi quæras vitæ rationem, [a] peccati confeſsio eſt; ſi quæras judicium, pœna peccati eſt. Pro quibus cunctis & peccatis, & peccatorum meorum meritis, obſecro te per eum, cujus judicio abſolvi cupimus à reatu, ut defigas pro me manum orationis coram vultu pietatis ipſius, quo non tuis illaqueatus, ſed adjutus verbis, obtineam me abſolvi, & erui à delictis, dari mihi, vel augeri promerens, ut loquar de illo vera, diligamque pie quæ de illo dixerim, & glorificetur idem in confeſsioni-

Ii 2 bus

(a) Venerabili Domino. *In editis* honorabili: *infrà ubi edi curavimus* mortalitas quivit, *editum erat* mortalitas, qui ut, & *ſtatim* immortalitas. *In cæteris non accuratior erat prior editio, nam & ubi* in reatu *nunc legitur, præpoſitio* in *deerat, & ubi* vitæ rationem *repoſuimus, illic* interrogationem *legebatur: poſtremo in eadem hoc videre erat* obtineas me abſolvi.... dare mihi, vel augere, *quæ ferri nullatenus poterant.*

bus meis, & præſentibus, & æternitate ſæculis permanſuris. Dicere plura vellem, ſi miſeriarum preſſura ſineret, ſed totum ſatisfactum ſibi reputet charitas, quod vel minimum permiſsit tædioſa neceſsitas.

# EPISTOLA S. ILDEFONSI
## TOLETANI ARCHIEPISCOPI.

Domino meo Quirico Epiſcopo, Ildefonſus famulus veſter.

IMperas mihi, chariſsime Domine, aut loqui ſi taceo, aut ne taceam loquens, & Dominicæ veſtis, quæ non habet maculam aut rugam, abdita contectaque devolvens, unius objectu luminis, & deſideriis fidelium luceam, & inſipientiam perfidorum extinguam. Non ergo poſſum, ſed ille faciat in me hanc gloriam ſibi, qui erigit elipſos, ſolvit compeditos, & illuminat cæcos. Qui erigat me ad ſe manibus piæ crucis, quem cecidiſſe conſtat de manibus ſuæ divinitatis; qui ſolvat me imperiis pietatis à vinculo ſceleris; qui illuminet me prævenienti miſericordia, quem caligavit malorum culpa, & tunc ab Jeſu apprehenſus audiam: Dimiſſus eſt ab infirmitate tua; confeſtimque erectus glorificem eum. Tunc quoque ſolutum
a abire ſinat, & curram [a] poſt eum in odore unguentorum ejus; quodque afflatu virtutis attraxerim, eloquij flatu reſpirem. Illuminet etiam cæcum, & cum lumen miſerationis ejus agnovero, ego quoque & omnis plebs demus laudem Deo.

Nunc certè quia non me, ſed gloriam Chriſti mei quæris in me, & ego non me ipſum commendo, ſed Chriſtum meum in omni quod loqui appeto, ſpectantibus amabilem ardenter exhibeo, ut hunc dilectum meum diligens loquar, loquens annuntiem, annuntians notum faciam, agnitum celebrem reddam, poſt celebritatem mortalitatis Angelorum hymnis laudem ſæculis ſempiternis. Igitur ut præcipis appeterem loqui fre-

(a) Et curram, *In priori editione* currentem. *In fine ex apographo noſtro verbum* delectet *addidimus, quod cum deeſſet, poſtremam epiſtolæ partem deeſſe opinatus erat Acherius.*

frequenter, & hoc mihi pia devotione adeſt, ut in mediatione legis Dei lingua ſimul & vita ſilentium non haberet, ſed ita neceſsitas temporum vires atterit animorum, ut nec delectet vita propter imminentia mala.

# APENDICE VIII.

## DE LA VIDA DE S. ILDEFONSO, eſcrita por Cixila, ſacada del Codigo Emilianenſe, cotejada con otro de Toledo, y diverſas ediciones.

### *PREVENCIONES.*

1 ANtes de dàr eſta Pieza, debemos prevenir, que en algunos Autores ſe halla atribuìda, no à Cixila, ſino à Julian Pomerio, como veràs no ſolo en Lipomano, Surio, y la Bibliotheca antigua de los Padres, y otros, ſino en el Cardenal de Aguirre tomo 2. Concil. pag. 658. donde le pone (como otros) con titulo de *Diacono* de Toledo; lo que es mas de eſtrañar à viſta de que en la *Noticia* de los Concilios, que publicò en el año 1686. ofreciò dàr la Vida del Santo, eſcrita por *Cixila*, y por S. Julian, Arzobiſpo de Toledo, con otras muchas coſas, que ſe deſean en la Obra poſterior.

2 Es coſa bien notable la variedad que ha havido, ſobre ſi ſe han de reconocer tres Julianos Pomerios, como intentaron Belarmino, y otros; ò ſolo uno, como eſcribiò Poſſevino; ò dos, como afirma Labbè; dando el ſegundo lugar al Eſcritor de eſta Vida de S. Ildefonſo, inſiſtiendo en el titulo de Diacono.

3 Ya en la Vida de S. Julian tratamos de los *Pomerios*: por ahora ſolo nos toca lo que mira al Autor de eſte Documento, de quien decimos, que ni fue S. Julian, Metropolitano, ni Julian Diacono, ſino *Cixila*, Arzobiſpo de Toledo. Pruebaſe, lo 1. porque aſsi conſta expreſſamente por el libro MS. de Concilios, trahido al Eſcorial del Monaſ-

terio de S. Millàn de la Cogolla, por lo que ſe le diò titulo de Codigo *Emilianenſe*, en cuyo fol. 230. ſe halla eſta Vida, diciendo que fue eſcrita por *Cixila*, Obiſpo de Toledo. Aquel Codigo ſe formò en el Siglo X. como expuſimos en el tomo 3. pero en quanto à eſta Pieza no tiene la miſma antiguedad, pues es de diverſa letra que la del reſto del libro, inſertadas unas hojas, (donde ſe halla eſta Vida) las quales ſe eſcribieron al medio del Siglo XI. con poca diferencia, eſto es, deſpues de la Obra del Obiſpo *Burcardo* (de que hay alli porcion) pero antes del año 1091. en que ſe prohibiò en el Reyno de Leon el uſo de la letra Gothica, en que eſtàn aquellos Pergaminos: y aſsi los reducimos à cerca del medio del Siglo XI. en que ya podian los Eſpañoles tener copia de la Coleccion de Burcardo, que muriò en el año 1025. Diciendoſe pues en eſte eſcrito, que es obra de Cixila la que damos, uſando de la expreſsion terminante que manifieſta el titulo; debemos reconocerle por ſu Autor.

1 ADrianus Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, dilectiſsimo Egilæ Epiſcopo. Dudum præcipua gnaraque dilectio tua ad Sedem Apoſtolicam, quæ eſt caput totius Dei Eccleſiarum, directos affatus ſecundum vibrantiſsimam fidem, quam erga beatum Petrum Apoſtolorum Principem, & nos, ex intimo gerit corde, cum nimio amore ſuſcepimus, ad ea, quæ ejus popoſcit ſolertia ex divino fonte oriri nitidiùs ac ſaluberrimè ſanctæ noſtræ Catholicæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ olitano ritu, orthodoxæ Fidei exarantes, imò Sanctorum Patrum vene-

nerandam inſtitutionem ſine macula ſpeculantes, per earum tunc tranſvectores tuæ emiſsimus almitati. Et quoniam, ut fertur, nequaquam ipſi Apoſtolici ad te profecti ſunt apices, noſtris eos habentes Regiſtris exaratos, infra reſcribentes per harum geruſlos, ſcilicet Bellerefonſum, ſeu Joannem Clericum direximus denuò, ſicut nobis per fidelisſimum Miſſum ſuum, videlicet reverentisſimum & Sanctisſimum Petrum Ticinenſis Eccleſiæ Epiſcopum, præcellentisſimus ac præfulgidus filius & ſpiritalis compater noſter domnus CAROLUS Rex Francorum & Langobardorum, ac Patricius Romanorum, pro tua inſigni dilectione poſcendum emiſit, & per ejus regale adminiculum tuis faventes votis adimplere prorſus ſtuduimus. Illos vero procaces ac hæreticos homines, qui tuam ſubvertere nituntur orthodoxam fidem, & undique te coarctantes, anguſtias & varias tempeſtates ſeminant, Apoſtolico indutus præcepto, ſimulque Apoſtolicis imbutus diſciplinis, ſeu ſaluberrimis orthodoxæ Fidei Sanctorum Patrum repletus inſtitutis, eos, qui tuas noluerunt amplecti rectæ fidei prædicationes, poſt unam & ſecundam admonitionem ſeu increpationem, tamquam Ethnicos & Publicanos deputans, habeto pro nihilo eorum infrunitas inſidias: Propheta teſtante, qui ait: *Si autem adnuntiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab impietate ſua, & à via ſua impia, ipſe quidem in impietate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.* Quatenus oportet te vas electionis beati Pauli Apoſtoli imitari, præcepta ac veſtigia ſequi: *Subtrahe te ab omni fratre ambulante inordinate.* Et conſtans eſto: *Quia diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.* Potius nempè ſi doctrinam Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ ſecutus fueris, non timebis mala, quia fortisſimus auctor ac ejus fundator beatus Petrus, claviger regni cælorum, tecum eſt uſque in finem, Domino pollicente: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus uſque ad conſummationem ſæculi. Nulla quippè hebetudo, atque quælibet ambiguitas aſcendat in ſuavisſimam ſacramque mentem tuam, eò quòd, Beati qui perſecutionem patiuntur propter juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Et iterum: Sancti per fidem vicerunt regna, &c.

2 Porrò in ipſis referebatur apicibus tuis qualiter vobis ni-

nimis intentio eſt de ſexta feria & Sabbato, quod iſtos duos dies dicimus jejunio mancipandos. Nequaquam heræticorum hominum ignaviam, atque impiam perverſamque amentiam, inaneſque ac mendaces ſequere fabulas, ſed magis doctorum noſtrorum Sanctorum Patrum ſicut nobis intimant, videlicèt beati Sylveſtri, atque Innocentij Papæ, pariterque almi Hieronymi, ſeu Iſidori divinos ſermones annecte, & ex noſtra Apoſtolica olitana regula, Sabbato jejunare firmiter atque proculdubio tenens tua non deſinat Sanctitas. Si enim à regia non vis diſcedere via, prædictorum Sanctorum Patrum cenſuram non deſeras, & Beati Auguſtini opuſcula legere non prætermittas, ubi egregium prædicatorem atque doctorem ſuum Sanctum Ambroſium meminit pro jejunio Sabbati Sanctam Catholicam & Apoſtolicam noſtram Romanam nimis laudaſſe Eccleſiam, & quia gerente Spiritu Sancto, nullis tentationibus ſuperari tuam almitatem conjicimus, eas, quas ſuperiùs polliciti ſumus, liquida exarationis pagina inſtituemus ſeries.

## EPISTOLA II. ALIAS XCVI.

*EPISTOLA ADRIANI PAPÆ AD EGILAM Epiſcopum, ſeu Joannem Presbyterum, de eorum ſacratione vel conſtantia in partibus Spaniæ prædicandum, & de Paſchali feſtivitate, & de prædeſtinatione hominis, ſive ad bonum, ſive ad malum, & de coinquinatione eorum tam in eſcis, quamque in potu, ſeu & de diverſis erroribus & de eorum Pſeudoſacerdotibus qui viviente viro ſortiuntur uxores, & de libertate arbitrij, vel multis aliis capitulis in partibus illis contra Fidem Catholicam ortis.*

1 Adrianus *Epiſcopus Servus ſervorum Dei dilectiſſimo nobis EGILÆ Epiſcopo, ſeu Joanni Presbytero.* Audientes orthodoxam veſtræ dilectionis in Chriſto conſtantiam, at-

atque ita vos antiquæ fidei communionisque ſinceris traditionibus inhærentes, ut mentem chriſtianæ deditam veritati nullatenus inficerent prævaricatorum vicina contagia, magnificavimus Dominum, caritatemque veſtram indeſinenter laudavimus, quatenus per earum latores, videlicet Saranum Diaconum, & Victorinum Clericum, ſuſcipientes veſtræ dilectionis affatus, enucleatiùs eos referantes, liquidò informati ſumus. Et quoniam pro Sedis Apoſtolicæ principatu, cujus ſolicitudo delegata divinitus cunctis debetur Eccleſiis, quam laudabiliter fidei veritatem noveritis, & quam ſolicitè Dominico gregi devotionem officij paſtoralis impendatis, Frater noſter Wlcharius Archiepiſcopus Provinciæ Galliarum, cui & licentiam dedimus de veſtris ordinationibus atque auctoritatem dirigere vos pro orthodoxæ Fidei, Sanctæque Catholicæ Eccleſiæ prædicatione, in partibus Spanienſis Provinciæ pro vobis nobis inſinuavit, magniſque gaudiis triumphamus, cum ubique terrarum Dominum Sabaoth ſemen puræ confeſsionis reliquiſſe cognoſcimus, quod non in petroſa deveniens æſtu tentationis exaruit, nec viæ proximum cecidit, vagantibus inimicis expoſitum, nec in ſpinis irruit ſuffocandum, ſed in bonam terram piæ devotionis, veſtra cæleſti ſatione diſperſum in triceſimum & ſexageſimum fructum centenariumque proficiit, perfectionem ſcilicet frumenti Dominici myſtica locutione deſignans.

2 Qua propter exultantibus animis confidentiùs incitamus, ut ab omni peſtis incurſu pectora veſtra ſapienter intemerata ſervetis, quoniam *qui perſeveraverit in finem, hic ſalvus erit. Dominus prope eſt, nihil ſoliciti ſitis.* Siquidem major eſt qui in nobis eſt, quam qui in hoc mundo, regnumque Domini intra nos eſſe, ſcriptura teſtante ſit certum. Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant, ſi in unitate fidei noſtræ perſeveraveritis, vobiſcum ſumus. Tantum, ut ſit, auxiliante Domino, conſtantia perſeverans. Dicente Apoſtolo: *Vobis enim datum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credatis, ſed etiam ut pro ipſo patiamini.* Ad quam fortitudinem ſanctarum mentium roborandam, dilectionem veſtram jam fatus Santiſsimus Archiepiſcopus nos illi licentiam cedentes, pro Apoſtolicæ fidei amore direxit, quibus

bus meritò perſiſtentes integritate ornari uſque ad coronam bravij, exoptare non dubitamini.

3 Ferebatur ſiquidem in ipſis veſtris apicibus, quod multi in partibus illis in inſipientiam atque cordis dementiam devoluti noſtræ relationis atque admonitionis ſeriem, ſecundum venerandi Nicæni Concilij inſtitutionem de Paſchali feſtivitate editam contemnere audeant. *Quod ſi plenilunium quartodecimo ſcilicet die lunæ, Sanctum Paſcha minime ſit celebratum, ſed prætermiſſo eodem quintodecimo die in alio ſequentis ſeptimanæ Dominico, quod eſt viceſimo ſecundo lunæ die, Paſchalis feſti gaudia pronuntiantur celebranda.* Quod ſi interius mente perpenditur magni ac venerandi Nicæni Concilij trecentorum decem & octo Sanctorum Patrum ſimul convenientium promulgata Paſchalium feſtivitatum ratio, proculdubiò omnis error omniſque ambiguitas ab hæſitantium cordibus auferetur. Sed dum plerique propria commenta, ut acuti, preſpicaces, & mundanæ ſcientiæ gnari, ſpiritalis vero eruditionis ingnari, vendicare deſudant, olitanam Patrum traditionem deſidioſa ignavia prætereunt, & vera mendatio obumbrare inhiant.

4 In eodem quippe magno Nicæno Concilio decem novennali cyclo Patrum confirmato ſententia, ita inter cætera ibidem fertur promulgatum: quod non amplius, quam uſque ad viceſimam primam Lunæ diem, hujus ſacræ feſtivitatis ſolemnia dilatentur. Quam Paſchæ rationem & Antiochænum demum venerandum corroborans Concilium, inter reliqua, ita inibi, in primo ſcilicet capitulo, conſtat exaratum: *Omnes, qui auſi fuerint diſſolvere definitionem ſanctæ & magni Nicæni Concilij, congregati ſub præſentia piiſsimi & venerandiſſimi Principis Conſtantini, de ſalutifera ſancti Paſchæ ſolemnitate, excommunicandos, & ab Eccleſia eſſe abjiciendos cenſemus.* Etſi tamen contentioſius adverſa ea, quæ benè ſunt ſtatuta, perſtiterunt, atrocioribus porrò ſummiſſuros interdictionibus cenſuerunt. Nam & beatiſsimus Dionyſius in ea, quam de ratione Paſchæ promit, Epiſtola, ita ait: *A duodecimo Kalendarum Aprilium die cunctorum Orientalium ſententia, Aequinoctij curſus vernalis conſequatur decreverunt, maximè Aegyptiorum peritiam, qui, ut hujus calculationis gna-*

Ll 2 *ri*

*ri doctique ſunt, inquirendam ſpecialiter adnotatur*, in quo etiam, ſi Luna quartadecima celebrandum Paſcha, ſancta Synodus Nicæna ſine ambiguitate firmavit.

5 Attendite, dilectiſsimi nobis, & illud, quod Beatus Proterius Alexandrinæ Eccleſiæ Præſul prædeceſſori noſtro Beatiſsimo Leoni Papæ, ob piæ memoriæ Marciani Principis juſſum direxit. Poſt plurima enim ita ait: *Olim quippe Dominus per Moyſem ſignificans dicit: Menſis iſte vobis initium menſium primus erit in menſibus anni, & facies Paſcha Domino Deo tuo, quarta decima die menſis primi*: Et poſt pauca ſubjunxit dicens: *Si quando in die Dominico quartadecima Luna reperta, in ſequenti ſeptimana eſt dilatanda feſtivitas, ſicut & veteres Patres noſtri fecerunt, quartasdecimas Lunas occurrentes in aliam Dominicam transferentes.*

6 Undè conſtat, dilectiſsimi, non ampliùs hujus venerandæ feſtivitatis ſolemnitatem differri, quàm uſque in viceſimam primam Lunæ diem, jure obſervantes hebdomadæ dierum numerum, dum ſolaris curſus à Lunæ curſu omninò diſcordat. Quoniam in ſex quidem diebus creator omnium Dominus æthereum firmamentum, omnemque ejus ornatum, rutilantia æquoris, atque telluris gignentia ac elementorum materiam, & cunctorum reptilium animantia patravit, & poſtrema è limo hominem finxit feria VI. & in ſeptimo die requievit ab omni opere quod patrarat. His nempè ſeptem diebus à quartodecimo Lunæ die, quod eſt plenilunium, ſi Dominica tamen occurrerit, quæ eſt prima & Sancta dies, pro eo quod non oportet in ea jejunare, intermiſsis, in alia Dominica, quæ eſt Sancta & prima dies viceſima prima Luna, rationis ordo exigit à Chriſtianis Sanctum Paſcha celebrandum. Nam ſi Sabbato quartadecima Luna advenerit, non eſt intermittenda ſubſequens Dominica, quintadecima videlicet Lunæ dies, venerantes eamdem Dominicam, quæ eſt prima Sabbatorum dies, in qua lux, jubente Deo, in ipſo mundi exordio prodiit, in qua & vera lux Salvator noſter ab inferis carne reſurrexit. Nam ſi octo dies à XIV. Lunæ die, quando jejunium ſolvitur, intermittuntur, ut in XXII. die Lunæ Paſchalis feſtivitas dilatetur, ergo jam non ſeptimana, id eſt hebdomada, ſed ogdoada, ut ſtolidi quique

&

& vecordes definiunt, dicenda atque obſervanda eſt. Intuendum quippe & illud ratio ſuadet, quod ſeptem hebdomadæ, & non octo intermittuntur à Paſchali feſtivitate uſque ad Sanctam Pentecoſtem, & in qua paraclytum Spiritum à Patre Redemptor noſter Dei vivi Filius, poſt glorioſam Reſurrectionem ſuam, ſanctis ſuis Apoſtolis miſit. Pro quo regia gradimur via, & non declinabimus penitus per tortuoſum, & dumis ac tribulis repletum callem. Pergant per eam hi qui cupiunt nova figmenta & ſcelerum monumenta componere, ut meritò ſpinæ & tribuli generentur eis.

7 Tam quidem dudum deceſſores & prædeceſſores noſtri ſancti Pontifices, pro hac quæſtione, ſimulque hæreſi, illis compatribus monitorium atque adhortationem dirigentes, congruis Epiſcopalis Beati Cyrilli atque Theophili, necnon & aliorum Sanctorum Patrum, quas denumerare longum eſt, promulgantes docuerunt, quas veſtræ dilectioni gnaras eſſe dubium non eſt. Pro quo non ſilemus, chariſsimi, impenſius commonere, ut à falſis Fratribus caveatis & in eo modo quo ſancta noſtra Romana Eccleſia, caput omnium Eceleſiarum Dei, Paſchalem celebrat ſolemnitatem, & vos proculdubiò celebrare ſtudeatis. Ut ſicut pares nos chriſtianorum fidei religio efficit, æquales nimirum in feſtivitatibus efficiat.

8 Inſinuavit dilectio veſtra & hoc, quod quidam pollicentes atque in errore perſeverantes prædicant, ut qui non ederit pecudum aut ſuillum ſanguinem, & ſuffocatum, rudis eſt aut ineruditus. Nos quidem Apoſtolicis præceptis imbuti atque eruditi, confirmantes prædicamus, quod ſi quis pecudum aut ſuillum ſanguinem vel ſuffocatum manducaverit, non ſolum eruditionis totius alienus, ſed ipſius quoque intelligentiæ communis prorſus extraneus, ſub anathematis vinculo obligatus in laqueos incidat diaboli.

9 Illud autem, quod alij ex ipſis dicunt, quod prædeſtinatio ad vitam, ſive ad mortem, in Dei ſit poteſtate: Alij iterum dicunt, ut quid rogamus Deum, ne vincamur tentatione, quod in noſtra eſt poteſtate quaſi libertate arbitrij? Revera enim nullam rationem reddere vel accipere valent, ignorantes Beati Fulgentij ad Eugippium Presbyterum contra Sermones cujuſdam Pelagiani opuſcula directa,

quibus infra, multa idem Pater docens hæc verba ſubjungit: *Illi autem dum pro ſe gratiam ſolum reprehenſibiliter intromittunt, in ſe damnabiliter calcaverunt, qui alios ad vitam, alios ad mortem aſſerunt deſtinatos, adverte, quibus ſe impietatis nexibus ligant. Si ad bonum prædeſtinatus ſum, contra malum reſiſtere neceſſe mihi non erit. Si vero ad malum natus, bonum mihi exercere nihil proderit. Ac ſic in utraque parte intercluſo appetitu laudis & gloriæ, unus ſecuritate, alius deſperatione torpeſcit; ac per hæc ociabitur omnis juſtitiæ exercitatio, oratio ceſſabit, languebit operatio. Sed non ita eſt, quin potiùs inceſſanter oremus, quia ipſe Dominus dicit: Sine intermiſsione orate, ne intretis in tentationem. Nihilominus contra omne peccatum non ſolum oratione, ſed etiam labore luctemur: quia ipſe Dominus præſenti lectione teſtatus eſt, quia unuſquiſque propriam mercedem accipiet ſecundum ſuum laborem.*

10 *Hæc verba, quibus Auctor Sermonis illius veritatem prædeſtinationis nititur oppugnare, inconſideratè atque indiſcretè prolata, Deo nos adjuvante, monſtramus, &c.*

11 Et poſt cetera: *Opera ergo miſericordiæ ac juſtitiæ ſuæ præparavit Deus in æternitate incommutabilitatis ſuæ, & ſicut futurorum operum ſuorum numquam fuit ignarus, ſic in eorumdem operum præparatione numquam improvidus. Præparavit ergo juſtificandis hominibus merita. Præparavit iiſdem glorificandis & præmia, malis vero non præparavit voluntates malas, aut opera mala, ſed præparavit eis juſta & æterna ſupplicia. Hæc eſt æterna prædeſtinatio futurorum operum Dei, quam, ſicut nobis Apoſtolica doctrina ſemper inſinuari cognoſcimus, ſic etiam fiducialiter prædicamus. Beatus enim Paulus prædeſtinationem eorum, quos Dominus gratis ſalvat, & evidenter & frequenter inſinuat. Ipſe enim dicit de Deo. Nam quos præſcivit, & prædeſtinavit, conformes fieri imaginis Filij ejus, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus.* Et poſt: *Quos autem prædeſtinavit, hos & vocavit; & quos vocavit, hos & juſtificavit: quos autem juſtificavit, illos & glorificavit. Non utique alios, ſed quos prædeſtinavit, hos vocavit, hos juſtificavit. Nihil incertum in Dei operibus nutat, quia nihil ſuæ prædeſtinationis evacuat. Prædeſtinationis igitur ſuæ opera vocatione Deus inchoat, glorificatione conſummat. Non tamen in omnibus quos vocavit, ſed quos ſecun-*

*cundum propoſitum vocat: diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt.*

12 Item poſt multa: *Teneatur ergo prædeſtinationis veritas à fidelibus cunctis, quia quiſquis divinum non credit in hac prædeſtinatione conſilium, non perveniat ad glorioſum ejuſdem prædeſtinationis effectum. Quiſquis autem non eſt prædeſtinatus ad gloriam, invenitur ſine dubio præſcitus ad pœnam, quæ ideo in Dei nomine præparatione prædeſtinata cognoſcitur, ut per eam infidelitas atque iniquitas puniatur. Propter quod Beatus Judas Apoſtolus quoſdam deſtinatos dicit in judicium his verbis: Subintroierunt enim quidam homines, impij qui olim præſcripti & prædeſtinati erant in hoc judicium Dei noſtri. Vigilanter autem in doctrina Spiritus Sancti, prædeſtinatos impios non dicit ad peccatum, ſed ad judicium, id eſt, non ad impietatem, ſed ad punitionem. Non enim prædeſtinati ſunt ad hoc, quod vitioſas impietates admittunt, ſed ad illud quod judicio æquitatis divinæ recipiunt. Ipſorum enim opus eſt quod impie faciunt, Dei autem opus eſt quod juſte recipiunt.*

13 Item poſt cætera: *Proinde quod Auctor illius ſermonis ſubſequenter adjunxit dicens: Quin potius inceſſanter oremus, quia ipſe Dominus dicit, ſine intermiſſione orate, ne intretis in tentationem.* Et poſt: *Nihilominus contra omne peccatum non ſolum oratione, ſed etiam labore luctemur.* Et iterum: *Sic laborantes vocat Dominus dicens: Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego vos reficiam. Sed nos à Deo humiliter gratiam poſcamus, quam collaborantem jugiter habeamus, per quam nos Deus & in labore cuſtodiat, & ad mercedem peracto labore perducat.*

14 Porrò, dilectiſsimi, diverſa capitula, quæ nobis innotuiſtis, id eſt, quod multi dicentes Catholicos ſe, communem vitam gerentes cum Judæis & non baptizatis paganis, tam in eſcis quamque in potu, ſeu & diverſis erroribus nihil pollui ſe inquiunt: & illud, quod inhibitum eſt, ut nulli liceat jugum ducere cum infidelibus, ipſi enim filias ſuas cum alio benedicant, & ſic populo Gentili tradentur, & quod ſine examinatione præfati Presbyteri ut præſint ordinantur. Et alius quoque immanis invaluit error & pernicioſus, ut etiam vivente viro, mulieres in connubio ſibi ſortiantur ipſi pſeudo-

ſacerdotes, ſimulque & de libertate arbitrij & alia multa, ſicut fati eſtis, quæ longum eſt dicere. Quid multis vobis hæreſum ſingula ſcribam? quia olim tempus eſt quod Priſcilliani dogmatis impleverunt. Quapropter, dilectiſsimi, oportet veſtram induſtriam ſollertiſsimè vigilare, & ſicut decet Domini Sacerdotes, nullos vos Canones ignorare, nec quidquam facere, quod Patrum poſsit regulis obviare. Quæ enim à nobis res digna ſervabitur, ſi decretalium norma conſtitutorum pro aliquorum libito licentia populis permiſſa frangatur? Unde conſtat, ut ſi quis de prædictis capitulis obnoxius reperietur, profecto is regulariter conſortio fidelium Dei, utpote corruptor Patrum traditionum, extorris efficiatur, & in æterna condemnatione inveniatur.

15 Cavendum ergo dilectioni veſtræ eſt, magnaque diligentia prohibendum, ne per hujuſmodi homines extincta dudum ſcandala ſuſcitentur, & de exciſo olim dogmate aliquid in provincia ejuſdem mali germen oriatur, quod non ſolum in radicibus ſuis creſcat, ſed etiam Sanctæ Eccleſiæ ſobolem veneno ſui odoris inficiat. Qui correctos ſe videri volunt, ab omni ſuſpitione ſe purgent, & obediendo vobis probent ſe eſſe noſtros, quorum ſi quiſquam ſalubribus præceptis ſatiſfacere detractaverit, ſive ille Clericus, ſive laicus, ab Eccleſiæ ſocietate pellatur, ne perditor animæ ſuæ ſaluti inſidietur alienæ, & ſicut per nos, ſeu Almum Archiepiſcopum, in prædicatione orthodoxæ Fidei directi, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ob amorem Beati Petri Principis Apoſtolorum concordes prædicate, ut ſicut unus eſt paſtor noſter Chriſtus, Dei vivi Filius, omnes ſimul in uno ejus efficiamur aggregati ovili, & quemadmodum unius capitis ſumus membra, unum efficiamur corpus in Chriſto Jeſu Domino noſtro: promerentes ejus, quam Sanctis ſuis contulit cultoribus, qui ejus præcepta cuſtodiunt, & ab initio mundi divinæ ejus placuerunt Majeſtati, deſiderabilem promiſsionem, quam ait: *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum vobis præparatum ab origine mundi.*

 EPISTOLA

# EPISTOLA III. ALIAS XCVII.

## *ADRIANI PAPÆ OMNIBUS EPISCOPIS per univerſam Spaniam commorantibus, maximè tamen Eliphando vel Aſcarico cum eorum conſentaneis, pro hæreſi vel blaſphemia, quod Filium Dei adoptivum nominant, &c.*

1 ADrianus *Papa Epiſcopus ſervus ſervorum Dei dilectiſſimis nobis omnibus orthodoxis Epiſcopis per univerſam Spaniam commorantibus.* Inſtitutio univerſalis naſcentis Eccleſiæ Beati Petri ſumpſit honore principium, in quo regimen ejus & ſumma conſiſtit: ex ejus enim Eccleſiaſtica diſciplina per omnes Eccleſias religionis jam creſcente cultura fonte manavit. Nicænæ Synodi non aliud præcepta teſtantur, adeo ut non aliquid ſuper eam auſa ſit conſtituere, cum videret nihil ſupra meritum ſuum poſſe conferri. Omnia denique huic noverat Domini ſermone conceſſa. Hanc ergo Eccleſiis toto Orbe diffuſis velut caput ſuorum certum eſt eſſe membrorum, à qua ſi quis ſe abſcidit, fit Chriſtianæ religionis extorris, cum in eadem non cœperit eſſe compage. Audivimus quippe, quod quidam Epiſcoporum in partibus veſtris degentes, Apoſtolicæ Sedis doctrinam contemnentes, contra orthodoxam Fidei traditionem novas introducere nituntur hæreſes, prætermittentes vaſis electionis Beati Pauli Apoſtoli, ſententiam, quæ ait: *Si quis vobis evangelizaverit, præter quod evangelizatum habuiſtis, anathema ſit.* Quapropter exultantibus animis confidentiùs orthodoxam fidem veſtram incitamus, ut ab omni peſtis incurſu pectora veſtra ſapienter intemerata ſervetis, & rectæ fidei doctrinam, quam à Sancta noſtra Catholica & Apoſtolica Sede, olim prædeceſſores veſtri à ſanctis noſtris prædeceſſoribus ſuſceperunt, uſque in finem defendere atque obſervare nihilominus ſatagatis. *Quoniam qui perſeveraverit uſque in finem, hic ſalvus erit.*

2 Quamvis ergo magna locorum intervalla nos dividant,

ſi

ſi in unitate fidei noſtræ perſeveraveritis vobiſcum ſumus,tantùm ut ſit, auxiliante Domino, conſtantia perſeverans, dicente Apoſtolo: *Vobis enim datum eſt pro Chriſto, non ſolùm ut in eum credatis, ſed etiam ut pro ipſo patiamini.* Dudum verò, quod Wulcharius Archiepiſcopus Galliarum ſuggeſsit nobis pro quodam Egila, ut eum Epiſcopum conſecraret, valde nimiſque eum in Fide Catholica & in moribus atque actibus laudans, ut conſecratum veſtris partibus emitteret ad prædicandum: nos verò prædicti Wulcharij Archiepiſcopi petitioni credentes conſuetam illi licentiam tribuimus, ut canonicè eum examinaret, quatenus ſi poſt diſcuſsionem, & veram examinationem, rectum & catholicum eum inveniſſet, Epiſcopum ordinaret, & nullam quamlibet alienam ſedem ambiret vel uſurparet, ſed ſolummodò animarum lucra Deo offerret: qui una cum Joanne Presbytero in partibus veſtris veniens, quod pejus eſt, ut ejus fama in auribus noſtris ſonuit, non rectè ille Egila prædicat, ſed errores quoſdam Mingentij magiſtri ſui ſequens, extra Catholicam diſciplinam, ut fertur, conatur docere, & alia plura capitula, quæ abſque norma Eccleſiaſtica aliis ſuadere videtur. Quod ſi ita eſt, veſtra fideliſsima dilectio, quæ normam & diſciplinam ſanctæ noſtræ Romanæ Eccleſiæ conſequitur, nullo modo eorum inſaniam credere vel ſequi ſtudeat. Quia proculdubio minimè nos credimus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ignorare diſciplinam, ſed potius admonentes, ad veram & orthodoxam fidem eos reducere ſtudeatis.

3 Porrò & de partibus veſtris pervenit ad nos lugubre capitulum, quod quidam Epiſcopi ibidem degentes, videlicet Eliphandus, & Aſcaricus, cum aliis eorum conſentaneis, filium Dei adoptivum confiteri non erubeſcunt, quod nullus è qualibet hæreſi antea talem blaſphemiam auſus eſt oblatrare, niſi perfidus ille Neſtorius, qui purum hominem Dei confeſſus eſt Filium. Quapropter nullo modo eorum ſerpentinum venenum in qualibet parte veſtram ſubripiat vel coinquinet dilectionem. Sed Sanctorum Principum Apoſtolorum Petri ac Pauli divinam tenentes confeſsionem, atque eorum ſanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ Romanæ Eccleſiæ ſequentes traditionem, pariterque præcipuorum ac Catholicorum probabilium Patrum dogmata amplectentes, firmi & ſtabiles atque immobi-

bi-

biles & inconcuſi, una nobiſcum in eorum luculenta traditione perſeverare irrefragabiliter, & incunctanter nitimini. Imprimis confeſsionem Beati Petri Principis Apoſtolorum atque clavigeri Regni Cælorum tenentes, qui ait: *Tu eſt Chriſtus Filius Dei vivi.* Deinde Vas electionis Beati Pauli Apoſtoli ſubpoſterium fidei, qui inquit: *Proprio Filio ſuo non pepercit Deus, ſed pro nobis omnibus tradidit illum.* Et ſi ipſi Principes Apoſtolorum Filium Dei vivi & proprium confeſsi ſunt, quomodo oblatrantes autumant hæretici, Filium Dei adoptivum dicere, quo ſolo audito, omnis Chriſtianus gemens paveſcit? Unde Beatus Athanaſius Alexandrinus Epiſcopus, antiquus & egregius prædicator, de Divina Incarnatione Verbi conſonante ſancta prima Synodo, quæ in Nicæna, infra cætera ait: Si quis verò adverſus Divinam Scripturam dicet, alium dicens Filium Dei, & alium, qui ex Maria hominem ſecundum gratiam, & ſi quis Domini noſtri carnem de ſurſum dixit, & non ex Virgine Maria, aut immutatam Deitatem in carne, & confuſam, aut alienatam, aut paſsibilem Domini Deitatem, aut in adoratam Domini Dei carnem, hunc anathematizat Catholica & Apoſtolica Eccleſia. Conſentiente Divino Apoſtolo & dicente: *Si quis vobis evangelizaverit præter quod ſuſcepiſtis, anathema ſit, &c.*

4 Proſigue alegando varios textos contra la adopcion de Chriſto. Añade luego el error ſobre la celebracion de la Paſcua, y los demàs que refiere en la Epiſtola precedente: lo que omitimos por no añadir coſa nueva à lo que alli ſe expone.

## §. II.
## *DE LAS EPISTOLAS de Elipando.*

1 LAS Cartas de Elipando pueden reducirſe à dos claſſes, una de las publicadas, y otra de las ineditas. Las primeras ſe hallan entre las Obras de Alcuino, demàs de un fragmento que Beato y Eterio incorporaron en la que eſcribieron contra Elipando. Ninguna de eſtas ſe ha dado por nueſtros Eſcritores: y aſsi conviene que no ſean tan raras.

2 Las ineditas ſe hallan en un MS. Gothico de la Santa Igleſia de Toledo, que parece ſe deſcubriò, quando en el año 1727. ſe coordinaron de nuevo los MSS. por los Re-

Rmos. Padres Benedictinos, Fr. Martin Sarmiento, y Fr. Diego Mecolaeta; pues antes no hay memoria cierta de Eſcritor que los manejaſſe. Una es contra Migecio, otra à Carlo Magno, y otra à los Obiſpos de ſu dominio. El Codigo es de pergamino, en letras Gothicas, y no en todo bien conſervado, de modo que ſolo à coſta de gran trabajo, con mucha atencion, y no ſin conocimiento y practica del caracter, ſe puede desfrutar. Pero venciò todas eſtas dificultades el zelo, induſtria, y aplicacion del ſeñor D. *Juan Antonio de las Infantas*, Doctoràl de la Santa Igleſia, que no obſtante ſus muchas ocupaciones ſe ſugetò à deferir benignamente à mis deſeos, haciendo ſuyo tan moleſto trabajo, por beneficio del publico, en cuyo nombre le doy innumerables gracias.

## *DE LA HEREGIA Migeciana.*

3 LA primera Carta de todas es contra un herege, llamado en el titulo *Igecio*, y en el texto *Migecio*. Eſte nombre es el que debemos adoptar, por hallarſe aſsi, no ſolo en el texto de eſta Carta, ſino en el de la dirigida à *Fidèl* contra Beato, y Eterio. Lo miſmo ſe lee en la Carta 3. del Papa Hadriano, aunque alli ſe eſtampò *Migencio*.

4 Fue Migecio un infeliz herege de los mas ignorantes y torpes que ſe han viſto en los Siglos. Su reſidencia fue en la Betica, y ſegun la Carta de Elipando à *Fidèl*, ſe puede contraher à Sevilla, pues uſa de la voz *Iſpalitanos*, aunque tambien puede aplicarſe eſte termino à toda la Betica, como quando S. Iſidoro (en la Carta à Heladio) llamò Sacerdote *Hiſpalenſe* al Obiſpo de Cordoba, denominando por la Capital à la Ptovincia, al modo que llamamos Bracarenſe à la Provincia antigua de Galicia.

5 Alli pues prevalecian los errores de Migecio, aſsi en orden al tiempo de celebrar la Paſcua, como acerca de otros puntos, ſegun refiere Elipando en la Carta à Fidèl; y aunque alli ſolo expreſſa lo que mira à la Paſcua, ſin que ſupieſſemos los particulares errores de Migecio; conſtan ya en ſingular, por medio de la ſiguiente, inedita haſta hoy, ſegun la qual

ve-

vemos, que tuvo los delirios de afirmar, que David era el Padre Eterno: que la ſegunda Perſona de la Trinidad no era la engendrada por el Padre, ſino la que deſcendia del Linage de David: y que la tercera era S. Pablo. A eſtas demencias añadia, que los Sacerdotes no debian tenerſe por pecadores; ò que ſi confeſſaban ſer tales, no podian acercarſe al Altar. Y para que à èl miſmo no le hicieſſen apartar del miniſterio, decia, que era Santo, y ſin pecado: en cuya conſequencia ſe retiraba de comer con pecadores, errando tambien en orden à la eleccion de alimentos: materia que por entonces eſtuvo expueſta à contrarios errores, como ſe infiere de la Carta del Arcediano de Toledo *Evancio* (eſcrita contra los que tenian por inmunda la ſangre de los animales) cotejada con las de Hadriano à Egila, y por eſta de Elipando contra Migecio *num.* 11.

Proſeguian los errores de Migecio, queriendo reducir la Igleſia à ſolo los muros de Roma, como que ſolo alli reynaba Chriſto, y que no havia Igleſia fuera de aquella Corte, reduciendo à ella la habitacion de los Santos, donde ſolo no havia mancha, ni arruga, y por conſiguiente decia, que eſta era la nueva Jeruſalen viſta por el Evangeliſta S. Juan: en lo que incluìa muchos errores, contra lo univerſal, ò catholico de la Igleſia (que tiene ſu Cabeza viſible en Roma, extendido el cuerpo por todo el Orbe) y contra la calidad del Reyno de la Igleſia, que conſta de Fieles, pero no preciſamente de Santos.

6 Contra todos eſtos errores eſcribiò el Arzobiſpo Elipando la Epiſtola ſiguiente: en que no hace mencion del error ſobre celebrar la Paſcua, ò bien por haverle ya combatido antes en obra à parte, ò por haverſe deſvanecido con el eſcrito de *Pedro Pulchro*. Lo cierto es, que quando eſcribiò à Fidèl en el año 785. ya menciona la deſtruccion de la heregia Migeciana en quanto à la expreſſion del yerro ſobre la Paſcua, haciendole parte de la heregia de Migecio: y aſsi eſta Carta ſe ordenò contra los demàs errores.

7 En el modo de impugnarlos procede bien Elipando, excepto quando alude, ò

ex-

expreſſa el ſuyo de la Adopcion de Chriſto, como en el num. 4. y 7. y aſsi debe leerſe, conſiderando quien habla, como en la Carta publicada por Alcuino. En el num. 12. quando dice, que no de ſola Roma ſe ha de entender el texto *Tu es Petrus &c.* no intenta extender à otra Igleſia particular la indefectibilidad de la Fè, ſino moſtrar, que la Igleſia fundada ſobre aquella Piedra firmiſsima no ſe debe eſtrechar à ſolo los muros de Roma, ſiendo indubitable que ſe extiende por los fines del mundo, como prueban los textos que alli alega, y el contexto del error que impugna. Lo miſmo ſe debe tener preſente en quanto à nombrar entre los hereges al Pontifice *Liberio*, por la firma de la formula propueſta en el Sirmienſe, y por haver comunicado con los Arianos, de lo que algunos infirieron que conſintiò en la heregia. Elipando valiendoſe de eſta eſpecie, la alegò contra el error de Migecio, en quanto à la parte de que no entraria en Roma coſa manchada: lo que ſe impugna bien por qualquier defecto perſonal de los que han vivido alli, ſin que eſto penda, ni tenga conexion con error del Pontifice en quanto tal; pues excluìdo eſte, (por no darſe en el Papa, quando habla con la Igleſia univerſal) ſe impugna el error de Migecio, por qualquiera defecto perſonal. Y aſsi tampoco ſe ſigue, que Elipando tuvieſſe por Herege à Liberio, ſalvandoſe ſu intento con el preciſo hecho de que en quanto perſona particular faltaſſe en algo, por mas que luego ſaneaſſe ſu deslìz, como efectivamente moſtrò ſu buen proceder, y ſu buen fin.

8 Eſto ſupueſto damos en primer lugar la Carta contra Migecio, por pedirlo aſsi el orden Chronologico, haviendoſe eſcrito antes de la enviada à Fidèl, como ſupone en lo que expreſſa en ella.

***

EPIS-

# EPISTOLA I.
# DE ELIPANDO CONTRA MIGECIO.
# HASTA HOY NO PUBLICADA.

## *Epiſtola Migetio* a *hæretico directa.* a

1 EPiſtolam tuam, modulo libellari aptatam, de tumulo cordis tui horrifico exortam, de cineroſo pectoris tui ſepulchro prolatam, non voce interrogantis, ſed imperio docentis ſcriptam, olim ſuſcepimus relegendam. Vidimus, inquam, vidimus, & inriſimus fatuam, & inſipientem cordis tui amentiam: Vidimus, & riſui dignam reputavimus ſenſus tui ignaviam. Inibi proſpeximus, quia ille per os tuum loquutus eſt, qui dixit: Ero Spiritus mendax in ore Prophetarum illius. Ibi proculdubio vidimus, quia tu es ille de quo Pſalmiſta ait: Verba oris ejus iniquitas & dolus: noluit intelligere ut bene ageret: iniquitatem meditatus eſt in Cubili ſuo. Et iterum de quibus alibi Propheta ait: docuerunt linguam ſuam loqui mendacium: ut iniquè agerent laboraverunt.

2 Verumtamen antequam ad nos ſcripta veſaniæ tuæ per lata fuiſſent: antequam odor verborum tuorum, nobis fœtidiſsimus, adſpiraſſet, rumore percurrente vulgi inſipientis, nonnulla de te recta eſſe credebamus; poſtquam tamen ſtultitiæ nænias vidimus, ſtatim non ſolum nos; ſed & omnis ſtatus Catholicæ Fidei te, & omnem fœtoris tui doctrinam exhorruimus, & perpetuo anathemate feriendam damnabimus. b Revera quia dignum eſt, ut eos, quos Dei Filius b per prævenientem gratiam de ſepulchris hæreſeorum nullomodo ſuſcitat, diſcipuli ejus non ſolum nequaquam eos ſolvere non præſumant, ſed etiam profundo anathematis ſarcofago uſquequaque dimergant, ne ulterius talium verborum fœtor erumpat, illos diſcipuli Chriſti ita oris gladio fe-

(a) MS. *Igetio.* (b) MS. *damnabitur.*

feriant, ut ulterius non ſolum reſurgere penitus nequeant, verùm etiam eradicati funditus pereant, qui unitatem Fidei Catholicæ venenatis adſertionibus diſcindere non formidant. Ideoque oſtendere cupientes te, & erroris tui ſocios fabricatores mendacij, & cultores perverſorum dogmatum, ſanctarum ſcripturarum teſtimoniis in ſolatium noſtri adhibitis, præeunte nobis filio Dei [a] in columna nubis per diem, & in columna ignis per noctem, armati zelo fidei in occurſum tui, ut verè contra hoſtem Chriſti, egredere nitimur dicentes: Increpet Dominus in te ſatan, & increpet in te, qui elegit Jeruſalem. Tibi dicitur Migeti, qui cognominaris ſatanas, vade retrò. Dignum, & juſtum eſt, ut tali ſtimulo feriatur, qui contra regulam Catholicæ fidei ſuperbiæ calcaneum elevare conatur, ut hujuſcemodi pugione juſtitiæ protinus ulciſcatur; ne contra canem levitèr nos muſitaſſe videamur; ut conterrita rabies, quæ contra Sanctum Divinæ Trinitatis Myſterium latrat, authoritate vocis illico comprimatur. Non enim fomento vini, & olei tua jam curanda eſt ægritudo, ſed gladio, ex utrâque parte acuto, tua præcidenda eſt diuturna putredo. Prius quidem turrem ſuperbiæ tuæ ariete juſtitiæ elidere nitimur, ne umbra erroris ejus exitiabili morbo fidelibus impendatur. Prius amentiæ tuæ fabricam rationis lapide evertere conamur, ne munimentum [b] defenſionis inſipientibus præbere conetur: in eo, ſcilicet, quod non interrogantis ſed prius docentis arripueris officium: quum ipſe Dominus, & Redemptor è contrario, humilitatis exhibens formam, non prius in templo docens, ſed interrogans voluit inveniri. Unde & Beatus Gregorius recti itineris callem pergere cupientibus inſinuans, dicit: Nulla res abſque Magiſtro doceri præſumitur, niſi intenta prius meditatione diſcatur. Et iterum alibi: Quaſi enim quoddam nutrimentium verbi eſt cenſura ſilentij: Et rectè per creſcentem quoque gratiam Sermonem Doctrinæ accipit, qui ordinatè ante per humilitatem tacet. Hinc enim per Salomonem dicitur: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Non enim ait: Tempus loquendi, & tempus tacendi; ſed prius tacendi præmiſsit, & poſtmodum ſubdidit loquendi. Beatus

(a) MS. *Filium.* (b) MS. *Munimento.*

tùs quoque Efren te, & ſimiles tuos prævidens, ita loquutus eſt dicens: Etenim qui venit inſtitui, antequam inſtituatur, jam alios inſtituere cupit, & docere antequam diſcat. Prius quam erudiatur, promulgare vult legem: & antequam noſcat ordinem ſillabarum, Philoſophari incipiet. Priuſquam ſubjiciatur pro ſalute animæ ſuæ, vult habere ſubjectos: Et antequam ſeniorum juſsis obtemperet, arripiet jubentis officium: Et antequam ratione, & virtute [a] diſcretionis inſtruatur, inſtruere alios, ac monere uſurpat. Ideoque dignum eſt ut iſte talis Magiſter mendacij exiſtat, qui diſcipulus veritatis eſſe recuſat, & doctor erroris appareat, qui docentis imperium, [b] fronte proterva, adſumere non formidat.

3 Quod autem in principio ſchedulæ tuæ fœtidiſsimæ tres Perſonas corporeas in divinitate eſſe proteſtaris, dicendo: quod Patris perſona ſpecialiter David eſſe credatur, eo quod ipſe de ſemetipſo dicat: Eructavit cor meum verbum bonum; & iterum de ſe ipſo David credatur eſſe dictum, non derelinques animam meam in inferno, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Et iterum Perſona Filij Dei aſſeris, quod ea ſit ſecunda in Trinitate perſona, quæ adſumpta eſt de Virgine, adfirmando voce Apoſtolica dicens: Qui factus eſt de ſemine David ſecundum carnem. Tertia verò Perſona Spiritus Sancti Paulum Apoſtolum eſſe dicis, proteſtando quod de eo Pſalmiſta dicat: Spiritus oris ejus omnis virtus eorum: & quia Chriſtus Dei Filius de eo dicat: Spiritus, qui à Patre meo procedit, ille vos docebit omnem veritatem. Hæc omnia ſupradictus ille ſpiritus erroris mendacio plenus, per os tuum mendacitèr loqutus eſt. Recte etenim de te, & ſociis tuis [c] idem Paulus Apoſtolus loquutus eſt dicens: Quidam aberrantes converſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe Legis Doctores, neſcientes quæ loquuntur, neque de quibus adfirmant. De quibus etiam Beatus Iſidorus, Doctor egregius, in ſuis dogmatibus ita loquitur dicens: Scripturas hæretici ſano ſenſu non ſentiunt. Ideo eas ad errorem pravæ intelligentiæ perducunt, neque ſemetipſos earum ſenſibus ſubdunt; ſed eas perverſè ad



(a) MS. *rationem & virtutem.* (b) MS. *imperio.*
(c) MS. *ſocios tuos.*

errorem proprium pertrahunt. Et iterum: Hæretici ingenti ſtudio mendacia ſua defendunt, & labore vehementi, ne ad unitatem Eccleſiæ veniant dehortantur. Certè ſi non eſt ita quod proferimus, quomodo poteſt fieri, ut Dei Patris perſona David eſſe credatur, eo quod dicat: Eructavit cor meum verbum bonum, cum ipſe David propriè de ſemetipſo dicat: In iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis peperit me Mater mea? & iterum: Iniquitatem meam ego agnoſco, & peccatum meum ante faciem meam eſt ſemper. Et alibi: Ego ſum qui peccavi, ego iniquè egi. Et iterum quod aſſeris, quia de ſemetipſo dixit David: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem; ſi ita eſt: ergo de ſemetipſo loquutus eſt dicens: Foderunt manus meas, & pedes meos, & dinumeraverunt omnia oſſa mea. Et iterum: Diviſſerunt ſibi veſtimenta mea,& ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. Et iterum: Dederunt in eſca mea fel,& in ſiti mea potaverunt me aceto. Certè ſi ipſe eſt David perſonaDei Patris,eo quod dixit:Eructavit cor meum verbum bonum; ergo ipſe eſt Pater Filij Dei ſecundum Divinitatem, qui dixit ad Filium: Ego hodie genui te. Si ipſe David eſt Perſona Dei Patris, ergo ipſe eſt, qui dixit: Audi Iſrael Dominus Deus tuus, Deus unus eſt. Et iterum: Ego ſum Deus, & non eſt alius præter me. Et ſi ita eſt ut aſſeris, quia de David dictum eſt: Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem: quomodo è contrario Petrus Apoſtolus dixit: Quia David, & ſepultus eſt, & ſepulchrum ejus eſt apud nos uſque in hodiernum diem, & caro ejus vidit corruptionem.

4 De Filij namque perſona quod dicis, eo quod ea ſit ſecunda in Trinitate perſona, quæ facta eſt ex ſemine David ſecundum carnem, & non ea, quæ genita eſt à Patre: ſi ita ut tua delirat inſania: ergo Filius Dei de Matre tantum exortus, [a] quod dici nefas eſt, & non de Patre genitus eſt ſine initio. Quum in Sancta Trinitate nihil credatur eſſe corporeum: nihil majus, aut minus: quomodo formam illam ſervilem ſecundam in Trinitate aſſeris perſonam, [b] cum ipſe Fi-

(a) MS. *exordium.*

(b) *Aqui parece, que habla Elipando, ſegun ſu error de adopcion.*

Filius Dei ſecundum eam formam, qua minor eſt Patre, per ſemetipſum teſtatur dicens: Pater major me eſt. Et de qua forma vox Patris per Prophetam loquitur dicens: Ecce intelligit ſervus meus, & exaltabitur, & elevabitur, & cætera. Et poſt aliqua: Tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente.

5 De tertia vero perſona Spiritus Sancti quod dicis, eo quod Paulus ſit, dicendo quod de eo Scriptura dicat: Spiritus oris ejus omnis virtus eorum; & iterum eo quod ipſe de ſemetipſo loquatur dicens: Non ab homine neque per hominem; ſed per Deum Patrem & per Jeſum Chriſtum: ideo dicis quia Paulus quod eſt Spiritus Sanctus, à Patre, Filioque procedit. Si ita eſt accipiendum ut tua inſania delirat, ergo ipſe Paulus eſt Spiritus Sanctus, de quo alibi dicit: Spiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Si Paulus eſt, ut aſſeris, perſona Spiritus Sancti, quæ à Patre, Filioque procedit, ergo ipſe eſt, qui in ſpecie Columbæ ſuper baptizatum Dominum in Jordane deſcendit: ipſe iterum, qui in ſpecie ignis ſuper capita Diſcipulórum apparuit. Ipſe ergo Paulus, quem cum Patre & Filio adorandum & glorificandum eſſe præcipimur. Ipſe eſt iterum de quo Dominus dixit: Quum abiero paraclitus veniet ad vos. Sed quomodo errori tuo conſentiendum eſt, quum ipſe Dominus de Spiritu Sancto dicat: Quia ſpiritus carnem, & oſſa non habet. Quis aliquando ſpiritum corporeum, & viſibilem eſſe dixit? Quomodo fatuitati tuæ credendum eſt, ut de Paulo ea quæ adſeris profecta eſſe credantur, cum de eo Scriptura dicat: Benjamin lupus rapax mane comedat prædam, & ad veſperam dividet ſpolia? Quomodo quod tu adſeris veriſsime accipiendum eſt, quum ipſe Dominus eidem Paulo dixerit: Saule, Saule quid me perſequeris? Fruſtra inſaniſti contra nomen meum: & lapidaſti Stephanum martyrem meum: ego te faciam ſervum meum. Quod dicis quia Paulus perſonam diſtinguit in ſe manere Spiritus Sancti, cum ipſe dicat: Ego ſum minimus omnium Apoſtolorum, qui non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſequtus ſum Eccleſiam Dei. Quomodo ipſe Paulus perſona Spiritus Sancti, quum ipſe cum Barnaba Licaoniam [a] veniens, & ob miraculi admirationem unum a

Mm 2 ex

(a) MS. *Licaonie.*

ex eis vocarent Jovem, alium vero Mercurium, & eis quaſi Diis fatui homines vellent ſacrificare, reſpondit dicens: Viri! quid hæc facitis? & nos mortales ſumus ſimiles vobis homi- * nes * ne ſibi immolarent. Si ipſe eſt Spiritus Sanctus, quare tanta in paſsionibus ſuſtulit? quare ad ultimum gladio percuſus occubuit? Ergo (quod dicere quoque ſcelus eſt) Spiritus Sanctus mortem pertulit, & ſepulchrum. Agnoſce miſer quanta falſa de ventre tuo loquaris: agnoſce hæretice quanta mala de ore tuo protuleris canceroſo. Agnoſcat plebs illa de maſſa perditionis effecta, quæ tuis erroribus conſentiens noſcitur eſſe decepta; agnoſcat plebs illa, quæ Dei miſericordia præventa tuis erroribus nequaquam conſentiens, dextera Domini ab hujus hæreticæ pravitatis barathro cernitur eſſe erepta. Nullus in hæreticis tibi æqualis: nullus tibi ſodalis: quanto cunctis noviſsimus, tanto omnium hæreticorum veneno [a] refertus: omnium hæreticorum cœno lethali inebriatus: apertè Antichriſtus dignoſceris eſſe miſſus.

6 Dic nobis omnium hæreticorum ſpurcitia ſaginate, quis aliquando de Sanctis Doctoribus ita, ut tu aſſeris, Trinitatem Sanctam credere docuit? Quod Concilium fuit, ut ita diſcretiones perſonarum, ut tu diſtinguis, Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ tenendum inſtituit? Nos vero è contrario, ſive omnes, qui recta de Deo ſentiunt, qui recta ſapiunt, ſecundum traditiones Patrum, quorum eſt, non carneus, ſed ſpiritualis intellectus, & ſermo ſapientiæ ſale conditus, ita credimus, quod ea ſit Perſona Dei Patris omnipotentis, quæ nulli homini [b] conſimilis eſt, vel æqualis; qui omnem creaturam exuperat potentia ſuæ Majeſtatis; quæ dixit ad Filium: Ego hodie genui te. Et iterum: Ex utero ante luciferum genui te: id eſt: ex illa intima, & ineffabili Divinitatis ſubſtantia, produxi te. Et iterum: Eructavit cor meum verbum bonum: de quo alibi Propheta: Verbo Domini Cæli facti ſunt. Et per alium Prophetam: Egredietur de ore meo juſtitiæ verbum; de quo Evangeliſta: In principio erat Verbum, & verbum erat apud Deum; & qui iterum dicit ad Filium: Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Et de quo iterum Propheta: hæc dicit Dominus Chriſto

(*) *En el MS. hay un corto vacìo, que no hace falta al ſentido.*
(a) MS. *venena.* (b) MS. *nullo hominis.*

to meo Domino, cujus adprehendi dexteram, ut ſubjiciam ante faciem ejus gentes, & aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur. Et qui iterum ad Moyſem loquitur dicens: Ecce ego mitto Angelum meum qui præcedat, & cuſtodiat te in via, & eſt nomen meum in illo.

7 Perſonam vero Filij non eam eſſe, quam tu aſſeris Patri, & Spiritui Sancto æqualem eſſe, quæ facta eſt ex ſemine David ſecundum carnem in noviſsimo tempore; ſed eam, quæ genita eſt à Deo Patre, ſine initio temporis, [a] quæ ante adſumptionem carnis dixit per Prophetam: Ante colles ego parturiebar, adhuc terram non fecerat, quando parabat Cælos aderam, dum vallaret mari terminum, & legem poneret aquis, ego eram. Et iterum: Ante omnem creaturam ego ex ore altiſsimi proceſsi; priuſquam in planitie proſterneret montes, ego eram apud ipſum componens omnia: Ego eram, cui Pater congaudebat. Poſt adſumptionem verò carnis, non eam quam tu aſſeris, ſecundum carnem, de qua ipſe dicit: Pater major me eſt; ſed eam de qua ipſe dicit: Ego & Pater unum ſumus. Et iterum: Ego in Patre, & Pater in me eſt. a

8 Spiritus Sancti quoque perſonam, non Pauli credimus eſſe, cui datum eſt ut aliquando de malo efficeretur bonus; ſed eum, qui ſine immutatione ſui naturaliter ſemper eſt bonus; de quo dicit Scriptura: Spiritum tuum bonum dediſti eis Domine, qui doceret eos; & alibi: Miſiſti ſpiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ. Et iterum: Spiritum tuum ne auferas à me. Et alius Propheta: Spiritus Domini ſuper me; propter quod unxit me prædicare pacem populis.

9 Ecce tres perſonas, Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ſpirituales, incorporeas, indiviſas, inconfuſas, coëſentiales, conſubſtantiales, coæternas, in una Divinitate, & poteſtate, & Majeſtate: ſine initio; ſine fine, ſemper manentes; de quibus Propheta, tèr vocabulo repetito, Trinitatem perſonarum in una Deitate conſiſtentem [b] inſinuans dicit: Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Sabaoth, pleni ſunt Cæli, & terra gloria b



(a *Aqui diſtingue mal Elipando la Perſona del Hijo.*

(b) MS. *conſiſtentes.*

ria ejus. Quod vero Paulus in exordio ſui, Benjamin lupus rapax, in extremo vas electionis ſit effectus, hoc ipſe, ut (quod ſupra jam fati ſumus) teſtatur dicens: Benjamin lupus, manè comedet prædam, & ad veſperam dividet ſpolia. Quibus profecto dictis, ut ait Beatus Gregorius, Apoſtolus deſignatur, de Benjamin ſtirpe progenitus, qui manè prædam comedit, quia in primordiis ſuis, fideles, quos potuit, rapiens, crudelitati propriæ ſatisfecit; veſpere ſpolia dividit, quia fidelis poſtmodum factus fidelibus ſacra eloquia exponenda [a] tribuit.

10 De Sacerdotibus vero quod aſſeris, cur ſe pronuntient peccatores, ſi verè ſancti ſunt? aut ſi certè ſe peccatores eſſe fatentur, quare ad miniſterium accedere præſumunt; eo quod ipſe Dominus dicat: Stote Sancti, quia & ego Sanctus ſum Dominus Deus veſter. Si talia dixerimus erit unuſquiſque noſtrum ſimilis tui mendax. Poteramus ſiquidem, & nos ita proferre, quod abſit, ſi ſpiritus ille erroris, qui in te eſt, interiora noſtra docuiſſet; ſed quia ille nobiſcum adeſt, qui dixit: quum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, quia ſervi inutiles ſumus; ideo veracitèr cum Propheta clamamus: Facti ſumus immundi omnes nos, quaſi pannus menſtruatæ univerſæ juſtitiæ noſtræ. Et iterum: Peccavimus, iniquè egimus: recedentes à te, en deliquimus in omnibus. Et cum Apoſtolo iterum: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Si vero confiteamur peccata noſtra, fidelis eſt, & juſtus ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Tu quoque qua temeritate te ſanctum eſſe pronuntias? quum Scriptura dicat: quis gloriabitur purum ſe habere cor? aut quis audebit dicere mundum ſe eſſe à peccato? Et iterum: nemo mundus à ſorde, nec unus quidem, etiam ſi unius fuerit diei vita ejus ſuper terram. Quis eſt enim hominum ſine querela, aut quis poterit juſtus eſſe, qui natus eſt ex muliere? Nam ſi nec Cæli non ſunt mundi in conſpectu Domini, quanto magis execrabilis, & immundus vir? Et iterum Sancti Patres in ſuis dogmatibus: nullus ſanctus, & juſtus caret peccato, nec tamen ex

(a) MS. *exponendis.*

ex hoc deſinit eſſe juſtus, vel ſanctus, cum affectu teneat ſanctitatem. Non enim naturæ viribus, ſed propoſiti adjumento per gratiam adquirimus ſanctitatem: et ideo veraciter ſe omnes Sancti pronuntiant peccatores, quia in veritate habent quod plangant, & ſi non reprehenſione conſcientiæ, certe movilitate, & mutabilitate conditionis humanæ. Iterum Beatus Fulgentius Petro Hieroſolymam [a] pergenti, ita præcipit dicens: firmiſsimè tene, & nullatenus dubites etiam juſtos atque ſanctos homines, exceptis his, qui baptizati parvuli ſunt, ſine peccato hìc neminem vivere poſſe, ſemperque omni homini, [b] & peccata ſua uſque in finem vitæ præſentis eleemoſinis diluere, & remiſsionem humiliter à Deo veraciter poſtulare. Beatus igitur Joannes Chryſoſtomus ita confitetur dicens: nullus eſt noſtrum à peccato alienus, ſicut nullus poteſt eſſe inter mortuos liber. Ut autem adhuc amplius aliquid dicam: nos quoque ipſi, qui in Eccleſiarum munere tenere videmur apicem dignitatis, & ſacris ſedibus inluſtramur: nos inquam ipſi Principes Sacerdotum, & Magiſtri populorum, atque Doctores, variis errorum circundamur agminibus, vitiis frequentèr ſubdimur. Nonumquam etiam delicatorum labe maculamur; ſed tamen Miſericordis Domini Clementiam intuemur; de cujus bonitate minimè dubitamus. Tanta enim ejus erga homines eſt liberalitas, ut ubi abundaverit peccatum, illic major gratia exabundet. Tu quoque ipſe, qui de ſanctitate gloriaris, & te alienum à peccato eſſe dicis, apertè datur intelligi, quia ſi tempore illo præſentaliter adfuiſſes, quo Dominus, & Redemptor, digito in terra ſcribens, de muliere illa in adulterio deprehenſa Judæis diceret: Si quis veſtrum eſt ſine peccato mittat lapidem ſuper eam, poteras tu ipſe homicidij crimen prius incurrere, qui te jam à peccato extraneum dicis eſſe. Cui ergo te ſimilem dixerimus, niſi qui dixit: Ponam ſedem meam ab Aquilone, & ero ſimilis altiſſimo? Cui ergo tu ſimilis es niſi Phariſeo illi, qui apud ſemetipſum agebat dicens: Domine non ſum ego ſicut cæteri homines, raptores, adulteri, & cætera? Cur non recordaris infelix quid Beatus Gregorius de talibus memoret dicens:



(a) *Hieroſolymæ.* (b) Falta *oportet*, ò *convenit.*

Apoſtatæ Angelo ſimilis efficitur, quando homo, homini ſimilis eſſe dedignatur.

11 Quod autem de eſcis, & ſtercore ventris diſputare conaris, contra ſententiam Domini, qui dixit: Nihil coinquinat, quod in ore ingreditur, excepta hominis carne (a) ſed illud coinquinat hominem quod de ore egreditur. Tu è contrario de cordis tui ſanguineo intellectu aſſeris quod cibus infidelium polluat mentes fidelium; cum etiam Apoſtolus dicat: Omnia munda mundis; coinquinatis autem & infidelibus nihil eſt mundum. Et quod cum peccatoribus cibum ſumere renuas, te ipſo ſanctiorem Domino, & Redemptore noſtro exiſtimans, & jam ſine peccati macula, arrogantiæ ſpiritu elevans, cum ipſe Dei Filius, medicina cæleſtis, & vita mortuorum, cum Publicanis, & peccatoribus ſæpe legitur combibiſe: nec tamen omnes ab errore viæ ſuæ converſos fuiſſe Beato Auguſtino adteſtante, qui dicit: Ecce omnes admirabantur, nec tamen omnes convertebantur: omnibus quidem erat in verbis Domini admiratio, nec tamen omnibus in factis ejus credulitatis inerat plenitudo; nam & ipſe Dominus in Evangelio de ſemetipſo dicit: Venit Joannes Baptiſta non manducans panem, neque bibens vinum, & dicitis Dæmonium habet; venit filius hominis manducans, & bibens & dicitis: Ecce homo devorator, & bibens vinum, amicus Publicanorum, & peccatorum. Sed ut adhuc omnem dubitationem à fidelibus auferret Apoſtolus, ſic alibi dicit: Si quis vocat vos Infidelium, & vultis ire, omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conſcientiam. Non enim in Chriſtianis qualitas cibi, ſed ſuperfluitas damnatur, neque ab omnia, (b) ſed anima oportet abſtinere; quia juxta Apoſtoli vocem, non eſt Regnum Dei eſca & potus; ſed juſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu Sancto: Eſca enim ventri, & venter eſcis; Deus autem & hunc, & hæc deſtruet. Beatus Hieronymus namque in Expoſito Epiſtolæ ad Romanos ſic loquitur dicens: Neque enim cibi, quos Deus creavit, aut ignoranter aut ſimplicitèr ſumpti, communem facere poterunt hominem, aut immundum. Beatus iterum Gregorius

(a) MS. *Excepto hominis caro.* (b) *Falta algo entre eſte mal latin.*

rius in Expoſito Ezequielis ita confirmat dicens: magna enim eſt virtus abſtinentiæ, ſed ſi quis ita ab alimentis abſtineat ut cæteros in cibo dijudicet, & alimenta eadem, quæ Deus creavit ad percipiendum cum gratiarum actione, fidelibus etiam damnet, quid huic virtus abſtinentiæ facta eſt, niſi laqueus culpæ?

12 Quod verò aſſeris quia in ſola Roma ſit poteſtas Dei, in qua [a] Chriſtus habitat, contrarius Prophetæ oraculo, qui dicit: Dominabitur à mari uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad terminos orbis terræ: & quia ipſa ſit tantum Eccleſia Catholica, ubi omnes Sancti ſint, abſque macula, & ruga; & quia de ea ſola dicatur: tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam: & quia non intrabit in ea aliquid coinquinatum, & faciens abominationem & mendacium: Et quia ipſa eſt Jeruſalem nova, quam vidit Joannes deſcendentem de Cælo. Hæc omnia amens ille ſpiritus, & imprudentiæ tuæ intellectus te iſta intelligere docuit. Nos vero è contrario non de ſola Roma Dominum Petro dixiſſe credimus: Tu es petrus, ſcilicet firmitas fidei, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam; [b] ſed de univerſali Eccleſia Catholica per univerſum orbem terrarum in pace diffuſa; de qua ipſe Dominus teſtatur dicens: Venient ab oriente, & ab occidente, & recumbent cum Abraham, Iſaac, & Jacob in Regno Cælorum. Nam quod aſſeris quia ipſa eſt Eccleſia ſine macula, & ruga: & quia non intrabit in ea aliquid coinquinatum, & faciens abominationem & mendacium: Si ita eſt, quare Liberius, ejuſdem Eccleſiæ Pontifex, inter hæreticos damnatus eſt? [c] Cur Beatus Gregorius tot ſceleratos homines in Roma fuiſſe proteſtatur? Sed quia in omni Eccleſia mali cum bonis, & reprobi cum electis habitant, ipſe Dominus teſtatur dicens: Mittet Filius hominis Angelos ſuos, & colligent de Regno ejus omnia ſcandala: neque enim in illo Regno ſuperno, ubi pax ſumma eſt, ſcandalum inveniri poteſt; ſed de præſenti Eccleſia dictum eſt; ubi, ſicut prædiximus, veluti in Arca Noe non ſolum homines; ſed & beſtiæ fuiſſe noſcuntur, ita intra ſinum Matris Eccleſiæ mali cum

(a) MS. *In quam.* (b) Veaſe num. 7.
(c) Veaſe lo prevenido num. 7.

cum bonis habitare non eſt dubium, donec in fine ſæculi triticum recondatur in horreum Domini, Zizaniæ vero faſciculos comburantur igne inextinguibili.

13 Quod vero Romam ipſam dicis: Eſſe Jeruſalem novam deſcendentem de Cælo; cui potius credendum eſt, tibi, an Petro Apoſtolo? Nam Petrus eam Babilonem appellat, ſcribens quibuſdam: Salutat vos, quæ eſt in Babilone Eccleſia. Unde nullo pacto lapides ejuſdem Urbis, aut mænia Civitatis ipſius, juxta quod tua delirat veſſania capitis, de Cælo deſcendiſſe, credendum eſt, quod ſi fortaſſe adhuc de Sanctis dictum eſſe exiſtimas: neque hoc accipiendum eſt; quia Sancti aſcendunt potius, quàm deſcendunt: ſed quia Jeruſalem viſio pacis interpretatur, quid eſt aliud pacis viſsio novitèr quodammodo deſcendijſſe de Cælo, niſi Sanctæ Trinitatis fidei omnibus gentibus ad vitam prædeſtinatis aperta cognitio, inluſtrans credentium animas ſuo Sanctæ Fidei Sacramento, & purificans eos regenerationis lavacro.

## §. III.

### *De la Carta de Elipando contra Beato y Eterio.*

1 DEſpues de haver impugnado Elipando los errores de Migecio, empezò à ſonar por Eſpaña el de Felix de Urgel, ſobre la Adopcion de Chriſto, que ſeguia, y procuraba esforzar ardientemente el Arzobiſpo: y viendo notable opoſicion en los Catholicos, que reſidian en las Montañas, eſcribiò contra ellos una Carta, dirigida à un Abad, llamado *Fidel*, para que eſte procuraſſe contenerlos.

2 De eſta Carta no tenemos mas que la porcion incorporada por Beato y Eterio en la que eſcribieron contra Elipando; pues aunque alli hay tambien un cotejo de la fé, que publicaba el Arzobiſpo, y de los articulos creìdos por Eterio y Beato; no parece parte de la Carta dirigida à Fidel; y ſi lo fue, no es fragmento hiſtorial, ſino dogmatico, que no toca à nueſtro aſſunto; y el que deſee verle, le hallarà en la mencionada Carta de Beato y Eterio, en las Ediciones ultimas de la Bibliotheca de los Padres, y en el tomo 2. de los Monumen-

mentos Ecleſiaſticos de Baſnage.

3 Mencionaſe en eſta Carta à Fidel la materia de la precedente contra Migecio: y aſſi conviene poſponerla.

# EPISTOLA II.

## DE ELIPANDO AL ABAD FIDEL: *eſcrita en el año 785. ſegun la incorporaron Beato y Eterio en ſu Carta contra Elipando.*

1 QUi non fuerit confeſſus Jeſum Chriſtum adoptivum humanitate, & nequaquam adoptivum divinitate, & hæreticus eſt, & exterminetur. Auferte malum de terra veſtra. Non me interrogant: ſed docere quærunt, quia ſervi ſunt Antichiſti. Hanc Epiſtolam domini Aſcarici Epiſcopi ideò fraternitati tuæ direxi, Cariſsime Fidelis, ut cognoſcas, quanta in Chriſti ſervis regnet humilitas: quanta in Antichriſti diſcipulis regnet ſuperbia cum Dominus Aſcaricus mihi non docentis imperio, ſed interrogantis voto ea ſcribere voluit, ſicut illum vera humilitas docuit. Iſti verò, modò & contraria dicendo, modò & quaſi ignorantem me, quid rectum ſit, noluerunt interrogare: ſed docere. Undè Deus novit, quia licet proterve ſcripſiſſent, (nam) ſi vera dixiſſent, gratus obedire debui, reminiſcendo quod ſcriptum eſt: Si juniori revelatum fuerit, ſenior taceat. Et iterum: Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere. Nam numquam eſt auditum, ut Libanenſes Toletanos docuiſſent. Notum eſt plebi univerſæ, hanc ſedem ſanctis doctrinis ab ipſo exordio fidei claruiſſe: & numquam ſchiſmaticum aliquid emanaſſe. Et nunc una ovis morbida, doctor nobis appetis eſſe. Et tamen nolui ea ad aures cæterorum fratrum noſtrorum perducere, antequam illic, ubi exortum eſt hujuſcemodi malum, ſit radicitus amputatum. Quia ignominia erit mihi, ſi in traditione [a] Toletana hoc malum fuerit auditum; ut quod ego, & cæteri fratres mei in Iſpali-

(a) *Intra ditionem Tolet.*

litanis tanto tempore dijudicavimus, & Deo auxiliante, tam in feſtis paſchalium, quàm in cæteris erroribus Migetianorum hæreſim emendavimus; nunc illi è contrario inveniunt, unde nos arguant. Et tamen ſi tepidè fuerit actum, & non fuerit à vobis emendatum; tunc illud ad notionem reducam fratrum: & erit vobis ignominioſum, ſi ab illis in vobis reprehenſum fuerit.

2 Adoleſcentiam ſanè fratris noſtri Eterij lacte adhuc alitam, & nondum ad robur perfectæ intelligentiæ perductam, veſtra fraternitas erudiat: quia non cum magiſtris optimis, ſed cum ignaris & ſchiſmaticis, videlicet Felice, & Beato, Antiphraſio, [a] æquales in virtute, & in errore, habuit collationem. Bonoſus & Beatus pari errore condemnati ſunt. Ille credidit de Matre adoptivum, & non de Patre ante ſæcula propriè genitum, & non de matre temporaliter adoptivum. Cui ſimilem exiſtimabo illum, niſi Fauſto Manichæo? Fauſtus condemnavit Patriarchas, & Prophetas: iſte condemnat doctores priſcos, & modernos. Obſecro, ut calore fidei accenſi tanta ſitis intentione præcalidi, ut errorem prædictum de medio veſtri auferatis: ut ſicut per ſervos ſuos Dominus de finibus Beticæ eradicavit hæreſim Migetianam, ita per vos de finibus Aſturienſium funditus evellat hæreſim Beatianam. Sed quia audivi, quod præcurſor Antichiſti in medio veſtri apparuit, qui illum jam natum annunciat: quæſo ut perquíras ab eo, ubi aut quomodo, aut quando natus eſt ſpiritus ille mendax prophetarum, qui in eo loquitur, & nos ſolicitos reddat.

## §. IV.

*De la Carta de Elipando à Carlo Magno.*

Haſta hoy no publicada.

1 Luego que ſe extendiò el Opuſculo, eſcrito contra Elipando por Beato y Eterio, tratò el Arzobiſpo con los de ſu partido, de que la cauſa (ruidoſa ya en eſtos Reynos) ſe examinaſſe fuera: y como la Igleſia de Felix Urgelitano tocaba à los Dominios adquiridos por las armas Franceſas en Cataluña, eſcribieron à los Obiſpos

(a) Veaſe la pag. 335.

pos de las Galias una Carta, cuyo titulo era:

*Dominis, & in Chriſto reverentiſsimis Fratribus Galliæ, atque Aquitaniæ, atque Auſtriæ cunctis Sacerdotibus, nos indigni & exigui Spaniæ Præſules, & cæterì fideles, in Domino æternam ſalutem. Amen.*

2 En eſta Carta propuſieron todos los que juzgaban fundamentos para esforzar ſu empeño de adopcion: y aunque el Codigo MS. ſe halla mal conſervado, no debemos ſentirlo, no ſolo por no ſer inſtructiva aquella parte, ſino porque ſe conſerva en la Carta de Elipando contra Alcuino, donde reprodujo todo lo que le parecia de ſu aſſunto, poniendolo en la forma que quiſo. Demàs de eſto inventaron dicterios contra *Beato*, à fin de hacer odioſo ſu nombre y ſu partido: y acabaron pidiendo, que los declaraſſen ſu ſentir, para que pues todos convenian en militar bajo una miſma Vandera del Redentor, gozaſſen igualmente de la Paz que encomendò à ſus Diſcipulos: y que ſi ellos ſentian de otro modo, les moſtraſſen lo que todos debian abrazar, por medio de las clauſulas ſiguientes:

3 *Poſcentes almitudinem veſtram, ut ſicut unius Chriſti vexillo præſignati ſumus, ita pacem illam, quam ipſe commendavit diſcipulis ſuis, intemerato jure ſervemus. Si quid verò aliter veſtra prudentia ſenſerit, reciprocatus veſtri ſermo ſocordiam noſtram enubilet: & lux veritatis, radio veri dogmatis, abdita pectoris noſtri perluſtret; ut dilectio Chriſti in nobis ritè perſeveret; ut quos ubertas Chriſti fœcundat, terræ ſpatium nullo modo dividat.*

4 Eſta Carta ſe halla mencionada en la ſiguiente dirigida al Rey, *num.*2. donde vuelven à reclamar contra *Beato*, y quantos le ſeguian; pidiendo que le borre de ſu Reyno, y que pronuncie la ſentencia que ſe debe ſeguir entre Beato y Felix. Pidenle tambien, que reſtituya al Obiſpo Felix à ſu honor: de lo que parece ſe infiere, ſer eſta Carta poſterior à la primera ſentencia dada contra Felix. Proſiguen exhortando al Rey, à que no ſe dege vencer del error de Beato, poniendole por delante el egemplar de Conſtantino Magno, que ſegun algunos antiguos, conſintiò al fin con la heregia Aria-

Ariana. Eſto en realidad no fue aſsi, no haviendo havido mas que algun condeſcendimiento con los Arianos, que ſiendolo en realidad, fingian no ſerlo, como prueban graves Autores. Pero aquel trato baſtò para que algunos eſcribieſſen, que Conſtantino muriò herege. A eſtos ſiguiò Elipando, para hacer con ello cauto à Carlo Magno, y aun al fin añadiò unas clauſulas mas áſperas; à que parece aludiò Carlo Magno, quando en ſu reſpueſta dijo, que no diſtinguia bien, ſi le hablaban con autoridad de Magiſterio, ò con rendimiento de humildad: *In quarum utique ſerie litterarum non ſatis nobis elucebat, an quaſi ex auctoritate Magiſterij nos veſtra docere diſpoſuiſtis, an ex humilitatis diſcipulatu noſtra diſcere deſideratis.*

La Carta es como ſe ſigue:

*DOMINO INCLITO ATQUE GLORIOSO DIVERSARUM gentium Principi m.. in Domino Patre, & Domino Jeſu Chriſto Filio ejus, & Spiritu Sancto æternam ſalutem. Amen.*

1 CElebre, ac ſolemne nomen illud glorificare fautore Deo, veluti jubar æthereum præ cunctis Regibus terræ, cujus opinio quaſi odor nectareus, & nardi piſtici pretioſus toto pene flagrat in Mundo, noſtro redolet cordi, è pectoris arcano; cujus ut ſoſpitas divina protegente dextera pro ſalvatione totius Eccleſiæ Catholicæ diutino conſervetur per ævum acclines proſtrati humo preces offerimus Regi ſempiterno.

2 His prædictis, ad notionem ſervorum tuorum pervenit eo quod antifraſij Beati fœtidi nidoris ſcripto quorumdam Sacerdotum parvipendentium corda ſuo polluerit veneno; in eo quod Dominum Dei Filium ſine tempore unigenitum, & ſine adoptione, nunc in fine temporis pro humani generis ſalvatione atque redemptione plenum, & perfectum hominem, præter delicti contagium, [a] humano generi conſimilem, conſortem, atque conformem, & cohæredem, ſecundum Patriarcharum, Prophetarum Apoſtolorum, Evangeliſtarum, atque Doc-

(a) MS. *contagio.*

Doctorum fidem, de quibus Dominus loquutus eſt: Vos eſtis lux Mundi, & vos eſtis ſal terræ, & qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit........ nefandus Presbyter, & Pſeudo-propheta aſſeverat Dei filium in forma ſervi Deitate exinanita, nequaquam ex utero Virginis carnis adſumpſiſſe adoptionem. Contra cujus veſſaniam nos indigni, & exigui juxta tenuitatem noſtri ſenſus Sacerdotibus veſtro regimini ſubditis epiſtolam relegendam, atque tractandam, & veſtris ſacris obtutibus præſentandam direximus: poſcentes vos per eum, qui pro te in Crucem manus innoxias extendit, & pro te ſanguinem pretioſum effudit, & pro te mortem pertulit & ſepulchrum & ad liberandos electos [a] ad infernum deſcendit, a
& pro te reſurgens tibi viam ad Cælos revertendi, ſcilicet ad cæleſtem patriam, demonſtravit; ut per te ipſum arbiter redeas, & inter Felicem Epiſcopum, quem novimus ab ineunte ætate in Dei ſervitio proximum partis noſtræ defenſorem, & eos, qui ſacrilegum, & carnis flagitio ſaginatum, jam dictum Antifraſium Beatum defendunt, caſto, & ſalubri judicio dirimas, & abſque adulationis [b] oleo, æquo pondere ſententiam b
promas. Ita Dominus Dei filius colla gentium barbarorum, & omnium tibi ſuperborum imperio poteſtatis [c] veſtræ ſubji- c
ciat, & dentes eorum acrius conterat, & gloriam eorum *qui tibi contradi*cunt in pulverem redigat. Equidem erant adhuc aliqua neceſſaria quæ culmini veſtro Deo præſule ſublimato, ſtylo percurrente vobis inſinuaremus; ſed temporis anguſtia præpediti, quod verbo explicare nequivimus, epiſtolæ gerulo vobis inſinuandum in ore poſuimus. Iterum nimio dolore contriti ſententiam Domini tibi nequaquam incognitam ad memoriam reducimus; quia dicit: Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde, & invenietis requiem animabus veſtris. Et illud quod mulierem in adulterio deprehenſam, & de lapidibus Judæorum liberavit, & ne delictum [d] iteraret admonuit. d

3 Idcirco veluti proſtrati coram tuis obtutibus cum lacrymis poſcimus ut famulum tuum Felicem in proprio honore reſ-

(a) MS. *liberandis electis.* (b) MS. *adolationis.* (c) MS. *poteſtati.*

(d) MS. *deliquium.*

reſtaures, & Paſtorem gregi à lupis rapacibus diſperſo reformes. Reminiſcens & illud quod omnipotens Deus à vobis longè efficiat, de Conſtantino Imperatore, qui dum eſſet idololatriæ cultor, per Beatum Sylveſtrium factus eſt Chriſtianus, poſtea per ſerpentem ſororem ſuam Sanctorum trecentorum decem & octo ſententiam refutans in Arriano dogmate converſus, & ad infernum flenda ruina dimerſus, diem clauſit
a extremum. [a] De quo Beatus Iſidorus dicit: Eu proh dolor, bono uſus principio, & fine malo! Unde itidem petimus, ut fœtidiſsimi Antifraſij Beati doctrinam, qui Dei Filium veram de
b Virgine, præter peccatum, [b] carnem noſtræ ſimilem adſumpſiſſe denegat, de Regno tuo aboleas, & Catholicam fidem enucleato ſermone, populo tibi ſubdito tenendam præcipias.

4 Sed & illud pavendum eſt piiſsime, & nobis vernu-
c le [c] Domine, ne fortaſſe ubi Deo Præſule, merito veſtro viſibilis gentilium non eſt ingreſſa poteſtas, hoſtis antiqui, quod abſit, inviſibiliter dominetur execranda calamitas, quæ & multarum animarum perditionem per Antifraſium ſæpè dictum Beatum carnis laſciviæ deditum, ſibi adquirat, & ad infernum ignis æterni incendio exurenda ſecum perducat. Pertractet, & ruminet illud ſacri pectoris veſtri arcanum, quod verè Deo ſit placitum, & in conſpectu ejus redoleat operis veſtri incenſum, & thymiamatis flagret boni odoris holo-
d cauſtum. Reminiſcatur [d] & illud charitas veſtra, quod Petrus Princeps Apoſtolorum cum in gentibus circumciſionem fieri ordinaret, à Juniore Paulo, non abſconsè, ſed publicè reprehenſus eſſe dignoſcitur, dicens: Si tu cùm ſis Judæus, gentilitèr, & non judaicè vivis, quomodo gentes cogis judaizare? Cujus ſententiam prædictus Apoſtolorum Princeps, rationi concordans & veritatis amicus, non contempſit; ſed illico acquievit, recolens quod ſcriptum eſt: Si Juniori revelatum fuerit, ſenior taceat: &, proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere. Nam & omnipotens Deus aliquando ſententiam ſuam mutat, conſilium vero numquam. Sicut de Ezechia factum

(a) Veaſe num. 4. (b) MS. *peccato.*
(c) MS. *vernulo*: por el dominio del Rey en parte de Eſpaña.
(d) MS. *reminiſcat.*

tum eſt. Cur iſta dixerim, porro doctus intelliget. Sed & illud, conſilium multorum ne contempſeris unus. Scilicet tantorum venerabilium Patrum de adoptione carnis Chriſti ſententias ne reprobes ſolus. Nam dicitur quod terrore poteſtatis multos, non juſtitia, convincas.[a] Doleat pietati veſtræ idem fœtidus Beatus poſt converſionem iterum, atque iterum ad thorum ſcorti reverſus ſe glorietur, & in univerſas partes ſcribat, & glorioſum Principem per ſuam doctrinam horribilem, & ab errore converſum, & in Fide Catholica confirmatum. Sed & opinio inutilis in gentibus divulgata eſt, quod credi nefas eſt, eo quod more gentilium Chriſtum negaveris Dei Patris eſſe filium. His exploſis petimus ut clam nos reciprocatus ſermo veſter inluſtret, qui nos lætificet, & oratio ſervorum tuorum imperij veſtri culmen exaltet. Amen.

(a) MS. *convincaris.*

§. V.

*De la Carta de Elipando contra Alcuino.*

1 DEſpues que Felix de Urgèl recayò en el error, tomò la pluma el Abad Alcuino, no ſolo contra Felix, ſino para exhortar à Elipando al ſentir de la Igleſia, eſcribiendole una Carta humilde y caritativa, en que le amoneſtaba, que dejaſſe el error, y perſuadieſſe à Felix la converſion, à fin que no ſe deſgraciaſſen tantas buenas obras y prendas como le engrandecian: *Etiam & in hoc tuæ ſanctiſſimæ voluntati* (dice Alcuino à Elipando) *obnixius ſuadere ratum putavi, ut eumdem virum venerabilem Felicem tuis ſanctis precibus & ſuaviſſimis ſuggeſtionibus, convertere ad Catholicæ Fidei unitatem & veritatem nitaris. Fidelis eſt enim Deus, qui nullatenus obliviſcatur ejus multa bona, & religioſam vitam, & labores, qua die noctuque indefeſſa voluntate deſudat, quanta ſit tibi coram Deo & Sanctis ejus, gloria & remuneratio.*

2 A eſta Carta de Alcuino reſpondiò Elipando con notable acrimonia, como ſe vè en ella miſma, que es el mas vivo retrato de ſu genio. Hallaſe entre las Obras de Alcuino, col.910. de la edicion Pariſienſe del año 1617. Y por el final ſe conoce, que havia precedido la recaìda de Felix, pues pide ſe mitigue la indignacion del Rey.

# EPISTOLA ELIPANDI AD ALBINUM.

1 REverentiſsimo fratri Albino Diacono non Chriſti miniſtro, ſed Antiphraſi Beati, fœtidiſsimi diſcipulo, tempore glorioſi Principis in finibus Auſtriæ [a] exorto, novo Arrio, Sanctorum venerabilium Patrum, Ambroſij, Auguſtini, Iſidori, Hieronymi, doctrinis contrario, ſi converterit ab errore viæ ſuæ, à Domino æternam ſalutem; & ſi noluerit, æternam damnationem. Epiſtolam tuam à rectæ fidei tramite deviam, nitore ſulfureo horrificam, ſuperſtitioſo ſermone ſcriptam, exeunte Julio, accepimus relegendam. [b] Vidimus, inquam, vidimus, quia non ſpiritus ille, qui ſuper capita Diſcipulorum poſt Aſcenſionem Domini [c] ut loquerentur magnalia Dei, per te locutus eſt: ſed ille qui dixit: *Ero ſpiritus mendax*, more Prophetarum ejus. Ipſe tamen Dei filius, qui aufert ſtillas pluviæ, & effundit imbres ad inſtar gurgitum: qui fortes, ſcilicet ad præmium vocat, & eorum vice debiles ad certamina roborat: qui illos ſuſcipiendo remunerat, & iſtis laborum vires, quibus ſubſiſtere valeant, ſubminiſtrat, det in ore meo verbum veritatis, & benè ſonantem, & reſponſum inædiæ meæ mulceat, auditum Eccleſiæ Catholicæ in Chriſti nomine conſtitutæ.

2 Quod verò aſſeris nullam carnis adoptionem in Filio Dei ſecundum formam ſervi de glorioſa Dei Virgine ſuſcepiſſe, non vera perſequeris, ſed mendacio plenus eſſe oſtenderis, ſicut & Magiſter tuus Antiphraſius Beatus Antichriſti Diſcipulus, carnis immunditia fœtidus, & ab altario Dei extraneus, pſeudo-Chriſtus & pſeudo-Propheta. De illo enim dicit Doctor egregius Beatus Gregorius: Perdidit authoritatem docendi cujus ſermo opere deſtruitur. Tu verò chariſsime frater, vide ne, quod abſit, de te ſit ſcriptum: *De radice colubri egreſſus eſt regulus, & de foramine aſpidis egreſſus eſt baſiliſcus*, id eſt, Albinus, nigredine teterrimus. Vide ne fortaſſe non ſis par-

(a) Auſtria *ſe llamaba toda la parte oriental de Francia.*
(b) Relegentem, *dice la edicion.*
(c) *Falta* deſcendit.

particeps Levitæ Stephano, qui ſe dicit cælos apertos videre, & Jeſum ſtantem à dextris Dei Patris: ſed cum Nicolao, cujus facta idem Dei filius ſe odiſſe teſtatur. Et iterum, vide ne non ſis ſimilis Levitæ Vincentio, ſed ſimilis Datiano, qui eumdem Levitam conſecravit martyrio.

3 Et iterum, vide ne tu ſis ſimilis Rufino, qui beatum Felicem Martyrem ferinis actibus cultor idololatriæ extitit, ſicut & tu perſequeris alium Felicem Confeſſorem, quem novimus ab ineunte ætate charitate ſummum, pudicum, & moribus ornatum, quem tu perſequeris in montibus & in ſpeluncis, & in cavernis terræ latitantem. Vide ne tu ſis, de quo Propheta dicit: *Fatuus fatua loquitur, & cor ejus vana intelliget.* Et iterum: *Docuerunt linguam ſuam loqui mendacium, ut inique agerent, laboraverunt.* Et Apoſtolus: *Animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus Dei.* Pſalmiſta quoque ait: *Deſtrue inimicum & defenſorem.* Inimicus & defenſor eſſe dignoſceris, quia dum Deitatem filij Dei vindicare oſtenderis ante ſæcula ex Patre geniti, humanitatem ejus de utero Virginis ſuſceptam in fine temporis negare videris, oblitus ſententiam Domini, qua hæſitantibus Diſcipulis dicit: *O ſtulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ ſcripta ſunt in lege & Prophetis! Nonne ſic oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?* Et Apoſtolus: *O ſtulti Galathæ, quis vos faſcinavit veritati non obedire?*

4 Quod dicis in ſcripto tuo, quia ipſe ſolus cum paucis in ea credulitate, quam omnis Hiſpania retinet, memento Dominum dixiſſe: *Lata & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad mortem, & multi ſunt qui intrant per eam. Quam arcta & anguſta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniunt eam?* Memento Dominum dixiſſe, quod Lazarus pauper ulceribus plenus jacebat ad januam divitis, cupiens ſaturari de micis quæ cadebant de divitis menſa, & nemo illi dabat; ſed canes veniebant, & lingebant ulcera ejus. Contigit autem ut uterque uno die moreretur. Lazarus deportatus eſt ab Angelis in ſinu Abrahæ. Dives vero ſepultus eſt in inferno, quærens de digito Lazari guttam, qui non dederat micam.

5 Vide ne tu ſis ex illis, qui viginti millia ſervorum habere dignoſceris, & ideò divitiis inflatus ſapientia tua, quæ

non eſt de ſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Memento Dominum dixiſſe: *Ubi fuerint duo vel tres in nomine meo congregati, & ego in medio eorum*, ſicut eſt Felix confeſſor, & ſocij ejus. Memento quid ſcriptura dicat: *Nonne Deus pauperes elegit in mundo, divites in fide, & hæredes regni?* Memento quod Pſalmiſta dicat: *Divites eguerunt, & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni bono.* Et iterum: *Divitiæ ſi fluant, nolite cor apponere.* Et iterum: *Theſaurizat, & ignorat cur congreget ea.* Sed & illud huic operi connectendum eſſe putavi, quod Deus pater ſervo ſuo David locutus eſt dicens: *Cum dormieris cum Patribus tuis, ſuſcitabo de lumbis tuis qui ſedeat ſuper thronum Iſrael. Ego ero ei in Patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Et iterum: *Radix Jeſſe qui ſtat in ſignum populorum, ipſum gentes deprecabuntur, & erit ſepulchrum ejus glorioſum.* Ecce ipſe filius Dei ſecundum formam ſervi, quam aſſumpſit ex Virgine, in qua minor eſt Patre, & non eſt genere, ſed adoptione, adoptivus Dei primogenitus in multis fratribus ſecundum Apoſtolum. Quare non dicatur adoptivus, qui ita totus eſt in noſtris, ſicut totus eſt in ſuis, præter delictum? Ecce Joachim, cujus filia glorioſa Dei Virgo Maria eſſe dignoſcitur, adoptiva eſſe creditur. Quare non dicatur adoptivus, Dominus Jeſus Chriſtus de eadem generatus?

6 Memento Dominum dixiſſe Diſcipulis ſuis: *Qui vos audit me audit, & qui vos ſpernit me ſpernit.* De his etenim ſanctis Doctoribus, quorum nonnulla teſtimonia protulimus, Propheta dicit: *Liga teſtimonium, ſigna legem in Diſcipulis meis.* His prædictis ſi non recipis tantorum venerabilium Sanctorum Patrum teſtimonium, da mihi teſtimonium Beati Athanaſij, Hilarij, Ambroſij, Auguſtini, Iſidori, quod nulla adoptio carnis nec vera humanitas in filio Dei fuerit, conſentiam erroribus tuis. Nam ſicut Magiſter tuus fœtidus & horribilis maculavit Libanam, ita tu regnum regnorum Auſtriam. Sed deſine in caſſum pendere labia, quæ contra Dei myſterium latrant. Vide ne tu ſis, quod abſit, Beemoth ille, cui montes in alimento deferunt herbas, & cum quo dormis in ſecreto calami; in locis humectibus. Vide ne tu ſis alter Arrius, qui Conſtantinum Imperatorem per Beatum Sylveſtrum Chriſtianum factum per Arrium & mulierem factum hære-

re-

reticum, de quo Beatus Iſidorus dicit, Heu proh dolor! principio bono, fine malo. Cujus pravitas non ſolum Gothiam, ſed Libyam, & Orientem & Occidentem uſque ad tempora divæ memoriæ Recaredi Regis ſuo maculavit veneno. Vide ne tu ſis alter Nabuzardan Princeps coquorum, qui deſtruxit muros Hieruſalem. Vide ne tu ipſum facias de glorioſo Principe Carolo, ſicut Arius fecit de Conſtantino, & lugeat ſe in ſæcula ſæculorum.

7 Erant & alia multa tibi ſcribenda, ſed oppreſsione gentis afflicti, non poſſumus tibi reſcribere cuncta. Tu tamen ſi nolueris audire Moyſen, audies Pharaonem. Ipſe tamen Moyſes dixit, *Prophetam ſuſcitabit Dominus Deus de fratribus veſtris, ipſum audietis tamquam me.* Ecce Moyſes adoptivus Filius Dei, dicit ſibi ſimilem eſſe carne, non genere & adoptione, & tu negas Dei filium de ſtirpe Abraham, Jeſſe, & glorioſam Dei Virginem de Joachim de adoptivo filio adoptivam filiam genitam, carnem non ſuſcepiſſe, ut eſſet adoptivus filius? Sic enim nefandum Presbyterum de doctrina nefandi Beati audivi auribus meis dicentem: Chriſtus Jeſus in maternis viſceribus carnem adſumens, non de maternis viſceribus trahens, ſed carnem ſibi novam efficiens.

8 Incipiunt teſtimonia ſanctorum venerabilium Patrum de adoptione in Filio Dei ſecundum humanitatem, & non ſecundum divinitatem. Hi ſunt de quibus Dominus Jeſus Chriſtus locutus eſt dicens: *Vos eſtis lux mundi, & vos eſtis ſal terræ: quæcumque alligaveritis ſuper terram, ligata erunt, & quæ ſolveritis ſoluta erunt.* Beatus Ambroſius in ſuis dogmatibus dicit, Noſtro uſu adoptivus filius, & verus filius. Beatus Hieronymus iterum dicit, Hic filius hominis per Dei filium in Dei filio eſſe promeretur, nec adoptio à natura ſeparatur, ſed natura cum adoptione conjungitur. Iterum in expoſito Apocalypſ. Gemma alba adoptio eſt in filium Dei. Beatus quoque Auguſtinus ſecundum Divinitatem dicit, Dei filius ante ſæcula ex Patre genitus non eſt adoptione, ſed genere, neque gratia, ſed natura, ſecundum humanitatem dicitur homo adoptatus, cujus gloriam quæſivit qui eſt ab illo unicus natus. Beatus quoque Leo Papa in ſuis dogmatibus dicit: Totus in ſuis, totus in noſtris, & ſecundum divinitatem

 cor-

coruſcavit miraculis, & ſecundum humanitatem carnis ſubjacuit injuriis. Ecce ſi ita eſt totus in ſuis, proculdubio totus eſt & in noſtris, præter peccatum, quod non fecit. Ipſe Dominus & redemptor ſecundum divinitatem dicit: *Ego & Pater unum ſumus*, ſecundum humanitatem dicit, *Pater major me eſt.*

9 Beatus quoque Iſidorus jubar Eccleſiæ, ſidus Heſperiæ, doctor Hiſpaniæ in libro Etymologiarum dicit: Unigenitus autem vocatur ſecundum divinitatis excellentiam, quia ſine fratribus. Primogenitus autem ſecundum ſuſceptionem hominis, in qua per adoptionem gratiæ fratres habere dignatus eſt, quibus eſſet primogenitus. Et poſt aliqua dicit: Poſquam venit plenitudo temporis propter ſalutem noſtram, formam ſervi accepit, & factus eſt hominis filius. Inde quædam de illo in Scripturis ſecundum formam Dei, quædam ſecundum formam ſervi ſequuntur. Quorum (exempli gratia) duo quædam commemorantur, ut ſingula ad ſingula referantur. Secundum formam Dei de ſe ipſo dixit, *Ego & Pater unum ſumus*, ſecundum formam ſervi, *Pater major me eſt.* Homines autem minus intelligentes quid pro quid dicatur, ea quæ propter formam ſervi dicta ſunt, volunt tranſferre ad formam Dei: & rurſus ea quæ dicta ſunt ut ad ſe invicem perſonæ referantur, volunt nomina eſſe naturæ, atque ſubſtantiæ, & faciunt errorem in fide. Sic autem Dei filio conjuncta eſt humana natura, ut ex duabus ſubſtantiis fieret una perſona. Solus enim homo pertulit crucem, ſed propter unitatem perſonæ & Deus dicitur pertuliſſe. Hinc eſt quod ſcribitur: *Si enim cognoviſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.* Filium ergo Dei crucifixum fatemur, non ex virtute divinitatis, ſed ex infirmitate humanitatis: non ex ſuæ naturæ permanſione, ſed ex noſtra ſuſceptione. Nam & Propheta dicit: *Miſerere Domine plebi tuæ, ſuper quam invocatum eſt nomen tuum, & Iſrael quem coæquaſti primegenito tuo.* Æqualitas iſta non eſt in divinitate, ſed in ſola humanitate, & in carnis adoptione, quam accepit de Virgine, ipſe unius idemque Deus & homo in duabus naturis & una perſona ſalva divinitate exitium ſuſtulit mortis.

10 Ipſe ſecundum Deitatem ſuam dicit, *Poteſtatem habeo* po-

*ponendi animam , & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam.* Ipſe ſecundum humanitatem dicit , *Pater mi , in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Ipſe Deus Dei filius ſecundum humanitatem dicit, *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti?* Et: *Tranſeat ad me Calix iſte , non ſicut ego volo , ſed ſicut tu vis.* De ipſo Dei Filio vox Patris de Cælo diſcipulis illapſa eſt, dicens: *Hic es filius meus dilectus , in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* De ipſo iterum vox Patris. *Ecce intelliget ſervus meus, &c.* Et iterum , *Ecce ſervus meus , ſuſcipiam eum ; electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea. Dedi ſpiritum meum ſuper eum* , illum videlicet ſeptiformi gratia plenum , de quo Profeta dicit , *Spiritum ſapientiæ & virtutis , ſpiritum conſilij & fortitudinis , ſpiritum ſcientiæ & pietatis. Et replevit eum ſpiritus timoris Domini.* Ecce Deus Pater complacet in Filio, complacet in ſervo , & diſplicere poterit in adoptivo ? De ipſo Dei Filio Pſalmiſta dicit , *Aſcendit in altum , captivam duxit captivitatem.* Ecce captivus dicitur eſſe , & quare non dicatur carne adoptivus ? Ad ipſum Dei filium vox Patris dicit, *Pete à me , & dabo tibi gentes hæreditatem tuam ; & poſſeſsionem tuam , terminos terræ. Reges eos in virga ferrea , & tamquam vas figuli confringes eos.* Et de ipſo vox Patris dicit, *Ecce ego ante te ibo , & glorioſos terræ humiliabo.* Et iterum, *Ecce ego ante te ambulabo, & montes planos faciam, & ſeras ferreas confringam , & dabo tibi theſauros occultos , ut ſcias, quoniam Dominus Deus tuus ego ſum.* Ecce cui dicit Pater , *Deus tuus ego ſum* , non ei , id eſt , Verbo qui ante ſæcula ex Patre genitus , ſed illi qui in fine temporis de Maria Virgine homo factus eſt , dicit : de quo Apoſtolus ait : *Factus de muliere , factus ſub lege , ut eos qui ſub lege erant redimeret.* Ipſe Deus Dei Filius ſecundum divinitatem , in qua ipſe & Pater unum ſunt dicit : *Gloriam meam altari non dabo.* Petere & dare non eſt æquale : dare domini , petere ſervi. De quo Beatus Iſidorus dicit , In forma ſervi ſervus , in forma Domini Dominus ſervi. Nam & Apoſtolus dicit. *Qui cum in forma Dei eſſet , non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens. Humiliavit ſe uſque ad mortem , mortem autem crucis.* De ipſo in Evangelio dicitur , *Fili David miſerere mei.* Et iterum : *Dabit tibi Do-*

*minus Deus ſedem David Patris ſui.* Ecce ſi ſecundum humanitatem Filius eſt David, ſine dubio de adoptivo & ſervo Dei Patris, & ipſius Filij & Spiritus Sancti adoptivus ſecundum humanitatem, & ſervus eſſe creditur. Adoptivum dicimus in ſola forma ſervitutis humanæ, non in gloria vel ſubſtantia divinæ naturæ. Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere. Tu verò frater Albine, vide ne ſimilis ſis Levitis illis, quos in vetere teſtamento memorat dicens: *Qui offerentes ignem alienum, divina ultione percuſsi interierunt.* Sicut & tu intromittis doctrinam diabolicam, deſuem illum Antiphraſium Beatum exortum. Eloquia tua exterius videntur eſſe melliflua, & interius abſinthio, & felle amariora. Opera juſtificas, & credulitate condemnas. Oleum tuum murcatum non impinguet caput noſtrum.

11 Iterum teſtimonia Sanctorum Patrum venerabilium Toleto deſervientium in Miſſarum oraculis edita ſic dicunt. In Miſſa de Cœna Domini: Qui per adoptivi hominis paſsionem, dum ſuo non indulget corpori, noſtro demum, id eſt iterum, non pepercit. Item in Miſſa de tertia Feria Paſchæ: Reſpice Domine tuorum fidelium multitudinem, quam per adoptionis gratiam Filio tuo facere dignatus es cohæredem. Item in Miſſa de quinta Feria Paſchæ, Præceſsit quidem in adoptione donum, ſed adhuc reſtat in converſatione judicium. Item ibi, Dignum & juſtum eſt, ſalutare nobis atque conveniens gratias agere, laudes impendere, intelligere munera, vota deferre tibi omnipotens Pater, & Jeſu Chriſto Filio tuo Domino noſtro, qui pietati tuæ per adoptivi hominis paſsionem quaſi quaſdam in præſentis populi adquiſitione manubias, cum non exierit è cælo, exhibuerit è triumpho. Item in Miſſa de Aſcenſione Domini, Hodie Salvator noſter per adoptionem carnis ſedem repetiit Deitatis; hodie hominem ſuum intulit Patri, quem obtulit paſsioni, hunc exaltans in cælis, quem humiliaverat in infernis, is viſurus gloriam, qui viderat ſepulturam. Item in Miſſa Sancti Sperati, Ingeniti Patris Unigenite, Filius Dei Spiritu Sancto coæternus & conſubſtantialis; qui ab arce ſedis æthereæ hujus mundi infima petens adoptivi hominis non horruiſti veſtimentum ſumere carnis, & ad liberationem fidelium non

es

es dedignatus in forma ſervi ſalva divinitate in ſtatera appendere crucis, & perferre exitium ſuſtulit mortis. Item in Miſſa Defunctorum, Domine Jeſu Chriſte, qui vera es vita credentium, tibi pro defunctis fidelibus ſacrificium iſtud offerimus: obſecrantes ut regenerationis fonte purgatos, & tentationibus mundi exemptos, beatorum numero digneris inſerere, & quos feciſti adoptionis participes, jubeas hæreditatis tuæ eſſe conſortes. Nam & ipſi canimus in vigilia Paſchæ Beato Iſidoro dicente, Induit carnem, ſed non exuit majeſtatem: noſtram ſubſtantiam expetens, ſed propriam non relinquens.

12 Epiſtola Leonis ad Leonem Auguſtum; Quod in una Domini Jeſu Chriſti perſona gemina ſit Deitatis & humanitatis adſerenda natura. Quicumque ergo illi ſunt ita obcæcati, & à lumine veritatis alieni, ut verbo Dei à tempore incarnationis humanæ carnis denegent veritatem, oſtendant in quo ſibi Chriſtianum nomen uſurpent, & cum Evangelio veritatis qua ratione concordent, ſi Beatæ Virginis partu aut caro ſine Deitate, aut Deitas eſt orta ſine carne. Sicut enim negari non poteſt, Evangeliſta dicente, quod *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, ita negari non poteſt Beato Paulo Apoſtolo prædicante, quod *Deus erat in Chriſto mundum reconcilians ſibi.* Quæ autem reconciliatio poteſt eſſe, qua humano generi repropiciaretur Deus, niſi omnium cauſa mediator Dei & hominum carnem ſuſciperet? Qua verò ratione veritatem mediatoris impleret, niſi qui in forma Dei æqualis eſt Patri, in forma ſervi particeps eſſet & noſtri? Ut mortis vinculum unius prævaricatione contractum, unius morte, qui ſolus morti nihil debuit, ſolveretur? Effuſio enim pro miniſtris ſanguinis Chriſti tam fuit dives ad pretium, ut ſi univerſitas captivorum in Redemptorem ſuum crederet, nulla diaboli vincula remanerent: quoniam ſicut Apoſtolus ait, *Ubi abundavit peccatum, ſuperabundavit gratia*: Et cum ſub peccati præjudicio nati poteſtatem acceperint ad juſtitiam renaſcendi, validius factum eſt donum libertatis condebito ſervitutis. Quam itaque ſibi in hujus ſacramenti præſidio ſpem relinquunt, qui in Sal-

va-

vatore noſtro negant humani corporis veritatem? Dicant quo ſacrificio reconciliati: dicant quo ſanguine ſint redempti, quia & Apoſtolus ait, *Qui tradidit ſemetipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis.* Aut quod umquam ſacrificium ſacratius fuit, quam quod verus æternus Pontifex altari crucis per immolationem ſuæ carnis impoſuit? Quamvis enim multorum ſanctorum in conſpectu Domini pretioſa mors fuerit, nullius tamen inſontis occiſio redemptio fuerit mundi. Acceperunt juſti, non dederunt coronas: & de fortitudine fidelium exempla ſunt patientiæ, non dona juſtitiæ. Singulares quippe in ſingulis mortes fuerunt, nec alterius quiſquam debiti ſui finem præbuit, cum inter alios hominum unus ſolus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, qui verè erat Agnus immaculatus, extiterit, in quo omnes crucifixi, omnes mortui, omnes ſepulti, omnes ſunt etiam ſuſcitati? De quibus ipſe dicebat: *Cum exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum.* Fides etenim vera juſtificans impios, &creans juſtos, ad humanitatis ſuæ tracta participium, in illo acquirit ſalutem, in eo ſolo homo ſe invenit innocentem, liberum habens per gratiam Dei, de ejus potentia gloriari. Qui contra hoſtem humani generis in carnis noſtræ humilitate congreſſus, his victoriam ſuam tribuit, in quorum corpore triumphavit.

13 Licèt ergo in uno Domino noſtro Jeſu Chriſto vero Deo atque hominis Filio Verbi & carnis una perſona ſit, quæ inſeparabiliter atque indivisè omnes habeat actiones, intelligendæ tamen ſunt ipſorum operum qualitates; & ſynceræ fidei contemplatione cernendum eſt, ad quæ provehatur humilitas carnis, & ad quæ inclinetur altitudo Deitatis: quid ſit quod caro ſine Verbo non agit, & quid ſit quod Verbum ſine carne non efficit. Sine enim Verbi potentia nec conciperet virgo, nec pareret: & ſine veritate carnis obvoluta pannis infantia non jaceret. Sine verbi potentia non adorarent Magi puerum ſtella indice declaratum, & ſine veritate carnis non juberetur transferri in Ægyptum puer, & ab Herodis perſecutione ſubduci. Sine Verbi potentia non diceret vox Patris miſſa de Cælo: *Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi benè complacui, ipſum audite*: Sine veritate carnis non

non proteſtaretur Joannes: *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.* Sine Verbi potentia non fieret redintegratio debilium, & vivificatio mortuorum; & ſine veritate carnis nec cibus jejuno, nec ſomnus eſſet neceſſarius fatigato. Poſtremò ſine Verbi potentia non ſe Dominus Patri profiteretur æqualem, & ſine veritate carnis non idem diceret, Patrem ſe eſſe majorem: cum Catholica fides utrumque ſuſcipiat, utrumque defendat, quæ ſecundum confeſsionem Beati Petri Apoſtoli, unum Chriſtum Dei vivi filium & hominem credit & Verbum. Quamvis itaque ab illo initio, quo in utero Virginis Verbum caro factum eſt, nihil umquam inter utramque formam aliquid diviſionis extiterit, & per omnia incrementa corporea unius perſonæ fuerint totius temporis actiones, ea ipſa namque alibi tamen quæ inſeparabiliter facta ſunt, nulla commixtione confundimus, ſed qui cujus formæ ſit ex horum qualitate ſentimus. Dicant ergo iſti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus majeſtatis Chriſtus affixus ſit, quis jacuit in ſepulchro, & revoluto monumenti lapide quæ tertio die caro ſurrexit, & in qua poſt rexurrectionem ſuam non credentes quoſdam Diſcipulos arguebat, & hæſitationem cunctantium confutabat cum diceret, *Palpate & videte, quoniam ſpiritus carnem & oſſa non habent, ſicut me videtis habere.* Et Apoſtolo Thomæ, *Infer manum tuam in latus meum, & vide magnus meas, & pedes: & noli eſſe incredulus ſed fidelis*: Quantaque manifeſtatione corporis ſui jam hæreticorum mendacia deſtruebat, & viſa Eccleſia Chriſti imbuenda doctrinis hoc non ſibi dubitaret credendum, quod Apoſtoli ſuſceperant prædicandum? Ac ſi in tanta luce veritatis nenebras ſuas hæretica obduratio non relinquit, oſtendant unde ſibi ſpem vitæ polliceantur æternæ, ad quam niſi per mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Jeſum non poteſt perveniri. Sicut enim ait Beatus Petrus Apoſtolus: *Non eſt aliud nomen datum hominibus ſub cælo, in quo oporteat nos ſalvos fieri.* Nec eſt redemptio captivitatis humanæ in ſanguine ejus, qui dedit ſemetipſum redemptionem pro hominibus. Et ſicut prædicat Beatus Apoſtolus Paulus:

*Cum*

*Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltavit illum & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen: ut in nomine Jeſu omne genu flectatur; cæleſtium, terreſtrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

14 Cum ergo unus ſit Dominus Jeſus Chriſtus, & veræ Deitatis veræque humanitatis in ipſo una prorſus eademque perſona ſit: exaltatione tamen qua illum ſicut Doctor gentium dicit exaltavit Deus, & donavit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen, excellit eadem, intelligimus pertinere formam, quæ ditanda erat tantæ glorificationis augmento. In forma quippe Dei æqualis erat Filius Patris, & inter genitorem atque unigenitum nulla erat in eſſentia diſcretio, nulla in majeſtate diverſitas, nec per incarnationis miniſterium aliquid deceſſerat Verbo quod Dei Patris munere redderetur. Forma autem ſervi, per quam impaſsibilis deitas Sacramentum magnæ pietatis implevit, humana humilitas eſt, quæ in gloria divinæ poteſtatis evecta eſt, in tantam unitatem ab ipſo conceptu, Virginis Deitate & unitate confectam, ut nec ſine homine divina, nec ſine Deo agerentur humana. Propter quod ſicut Dominus Majeſtatis dicitur crucifixus, ita quia ex ſempiternitate æqualis eſt Deo, dicitur exaltatus: quia inſeparabiliter manente unitate perſonæ, unus atque idem eſt & totus hominis filius propter carnem, & totus Dei Filius propter unam cum Patre Deitatem. Quicquid enim in corpore accepit Jeſus, ſecundum hominem accepit, cuique non habuit conferentem. Omnia quæ habet Pater, etiam Filius habet, & quæ in forma ſervi à Patre accepit, eamdem formam Dei etiam ipſe donavit. Secundum formam enim Dei ipſe & Pater unum ſunt: ſecundum formam autem ſervi non venit facere voluntatem ſuam, ſed voluntatem ejus qui miſit eum. Secundum formam Dei, ſicut Pater habet vitam in ſemetipſo: ſecundum formam ſervi triſtis eſt anima ejus uſque ad mortem. Et idem ipſe eſt, ſicut Apoſtolus præ-

dicat, & dives & pauper. Dives quoniam Evangeliſta dicente: *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil.* Pauper vero, quia propter nos Verbum caro factum, & habitavit in nobis. Quæ autem eſt ejus exinanitio, quæve paupertas niſi formæ ſervilis acceptio, per quam Verbi majeſtate velut redemptionis humanæ diſpenſatio impleta eſt? Nam quia captivitatis noſtræ reſolvi originalia vincula non poterant, niſi exiſteret homo noſtri generis, noſtræque naturæ, qui peccati præjudicio non teneretur, & qui immaculato ſanguine ſuo Chirographum lethale dilueret, ſicut ab initio erat divinitus præordinatum: ita eſt in plenitudine præfiniti temporis factum, ut multis modis ſignificata promiſsio in diu expectatum veniret effectum: nec poſſet eſſe ambiguum quod continuis teſtificationibus ſemper fuerat nuntiatum.

15 In magno autem ſacrilegio ſe verſari hæreticorum manifeſtat impietas, cum ſub ſpecie Deitatis honorandæ, humanæ carnis in Chriſto negant veritatem, & religiosè exiſtimant credendum, ſi dicatur in Salvatore noſtro verum non eſſe quod ſalvat. Cum ita ſecundum promiſsionem omnia ſæcula percurrentem, mundus ſit reconciliatus in Chriſto, ut ſi non Verbum dignaretur caro fieri, nulla poſſet & caro ſalvari. Omne enim ſacramentum fidei Chriſtianæ magno ut hæretici volunt decoloratur obſcuro, ſi lux veritatis ſub mendacio putatur latuiſſe fantaſmatis. Non ergo quiſquam ſibi erubeſcendum exiſtimet Chriſtianus de noſtri in Chriſto corporis veritate, quia omnes Apoſtoli Apoſtolorumque diſcipuli & præclari Eccleſiarum quique Doctores, qui ad martyrij coronam vel confeſsionis meruerunt gloriam pervenire, in hujus fidei lumine ſplenduerunt, conſonis ubique ſententiis intonantes, quod in Domino Jeſu Chriſto Deitatis & carnis una ſit confitenda perſona. Qua autem rationis ſimilitudine, qua divinorum voluminum portione hæretica impietas ſe exiſtimat adjuvari, quæ veritatem negat corporis Chriſti? Cum hanc non lex teſtificari, non Propheta præcinere, non Evangelia docere, non ipſe deſtiterit Chriſtus oſtendere: quærant per omnem ſeriem ſcripturarum, quo tenebras ſuas fugiant, non quo

ve-

verum lumen obſcurent, & per omnia ſæcula ita veritatem invenient coruſcantem, ut magnum hoc & mirabile Sacramentum ab initio videant creditum, quod eſt in fine completum: de quo cum ſanctarum litterarum nulla pars ſileat, ſufficit quædam conſona veritatis ſigna patuiſſe, quibus diligentia fidei in ſplendidiſsimam latitudinem diligatur, & ſincera intelligentiæ luce proſpiciat quod in filio Dei, qui ſe inceſſabiliter filium hominis, & hominem profitetur, non ſit Chriſtianis erubeſcendum, ſed conſtantiſsime gloriandum.

16 Ut autem pietas tua cum venerabilium Patrum prædicationibus nos concordare cognoſcat, aliquantas erroris ſententias huic credidi ſubjiciendas eſſe ſermoni, in quibus ſi dignaveris recenſitis non aliud nos prædicare reperies quod ſancti Patres nos in toto orbe docuerunt, nequaquam ab illis niſi ſolos impios hæreticos diſcrepare. Sed & illud huic operi inſerendum putavi, quod Scriptura dicat: *Revelabunt cæli iniquitatem ejus, & terra conſurget adverſus eum.* Qui ſunt iſti cæli, niſi illi, qui cum Chriſto ad judicium venturi ſunt: de quibus eſt Ambroſius, Auguſtinus, Hieronymus, & cæteri quos tu, Albine, refutas, & hæreticos judicas? De quibus Pſalmiſta ait: *Cæli enarrant gloriam Dei.* Item Beatus Auguſtinus in Epiſtola ſua ad Evodium directa, ubi de Trinitate & Columba, vel de adoptione Filij Dei diſſeruit, poſt plura ſuperius edita ſic dicit: Sicut Pater in voce qua ſonuit: *Tu es Filius meus*, & filius in homine adoptivus, quem ſuſcepit ex Virgine, & Spiritus Sanctus in columbæ ſpecie corporali. Item poſt aliqua, atque ita & filius Dei ſimul cum homine adoptivus dicitur, & filius hominis adoptivus ſimul cum Verbo dicitur. Item poſt aliqua: Unde Filius Dei incommutabilis eſt atque coæternus Patri, ſed in Verbo ſolo: & paſſus eſt Filius Dei, ſed in homine adoptivo ſolo: & ſepultus eſt Filius Dei, ſed in carne adoptiva ſola. Proinde quæ de Filio Dei verba dicuntur videndum eſt ſecundum quid dicantur. Non enim homine aſſumpto, vel adoptivo perſonarum numerus auctus eſt, ſed eadem Trinitas manſit. Nam ſicut in homine quolibet præter unum illum qui ſingulariter ſuſceptus eſt, anima & corpus una perſona eſt: ita in Chriſto Verbum & homo adoptivus una perſona eſt. Item poſt aliqua, Ita Chriſtus Dei Filius Do-

mi-

minus gloriæ, & ſi quid hujuſmodi ſecundum Verbum dicitur, & tamen recte dicitur Dominus gloriæ crucifixus: cum hoc eum ſecundum carnem adoptivam paſſum eſſe, non ſecundum illud quod Dominus gloriæ eſt. Et poſt pauca, Spiritus Sanctus dicitur corporali ſpecie tamquam columba deſcendiſſe & manſiſſe ſuper eum. Sic enim & Petra Chriſtus, quia ſignificabat Chriſtum adoptivum. Item poſt aliqua: Hæc tibi de duabus quæſtionibus tuis, hoc eſt de Trinitate & Columba, in qua Spiritus Sanctus non ſua natura & ſignificativa ſpecie demonſtratus eſt, ſicut & Filius Dei non ſua nativitate de Patre dicit: *Ego ex utero ante luciferum genui te,* ſed in homine adoptivo ex utero Virginis natus à Judæis crucifixus eſt.

17 His ſæpe dictis cum Epiſtolam tuam iterum atque iterum ſacrilegam lethali veneno corruptam, atque ignorantiæ caligine tenebroſam relegiſſem, reperi ibidem, quod nos Dominum Dei Filium ex Virgine natum negaremus nequaquam eſſe eſſentialiter Deum, de quo ipſe Dei Filius: *Ego & Pater unum ſumus.* Reminiſcere debes quid ſcriptura dicat: *Teſtis falſus non erit impunitus.* Et illud: *Maledictus homo qui in corde ſuo fabricat malum, & de his labiis ſuis ficte loquitur pacifica: Sed Deus qui videt omnia reddet illi ſecundum opera ſua.* Ego quidem non Deum Dei Filium ante ſæcula ex Patre genitum, per quem facta ſunt viſibilia & inviſibilia, ſpiritalia, atque corporea, quem credo adoptione non eſſe, ſed genere, neque gratia, ſed natura Deum eſſe negavi.

18 Sed juxta Beati Iſidori ſententiam, qui dicit, quia ſunt nonnulli, qui de Filio Dei prava ſentiunt, & quod de illo ſecundum humanitatem dictum eſt, transferunt ad divinitatem; & quod de divinitate, mutant ad humanitatem. Noſter tamen Julianus dicit, Homo dominicus, & humanatus Deus.

19 Multa quidem adhuc erant huic operi inſerenda, ſed ſermo divinus nos prohibet, dicens: *Linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, ne quaſi vir objurgans, quia domus exaſperans eſt.* Idcirco væ tibi Auſtria, væ tibi Alexandria, quæ novum Arrium, id es Albinum, genuiſti tempore glorioſi Principis, ad evertendam & obſcurandam Fidem Catholicam. Ad ultimum audi Beatum Cyprianum cuidam hæretico ſcribenti ita dicentem: Habes tu litteras meas, & ego

tuas,

tuas, utræque recitabuntur in conſpectu Domini. Memento iterum Evangeliſtam dixiſſe: *Multi ex diſcipuli ejus abierunt retro.* Et ubi abierunt? Reſpondeat tibi Beatus Gregorius dicens: Poſt Satanam. Et iterum cuidam, cum Domino diceret: *Magiſter ſequar te quocumque ieris*: Ille reſpondit: *Vulpes foveas habent, & volucres cæli nidos: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet*, & ſicut & in te, ſi iſta tibi parva non ſufficiunt, nec multa proderunt.

*Proximus ille Deo eſt, qui ſcit ratione tacere.* Quod duro ſermone tibi interdum ſcripſimus, Domino jubente per Moyſem hoc fecimus, qui dicit: *Non coques hædum in lacte matris ſuæ.*

20 Suggerendum eſt iterum glorioſo Principi, ut miteſcat indignatio ejus ſervo ſuo Felici, & non requirat Dominus ſanguinem ejus de manu illius. Nam pro certo ſciat, quia ſi prædicationem illius ſpreverit, & Albini confirmaverit, cum Conſtantino Imperatore habebit partem, quod Deus non permittat. Quem Beatus Iſidorus deflet dicens: Heu prô dolor! principio bono, fine malo.

## §. VI.

### De la Carta de Elipando à Felix.

1 Convertido ultimamente el Obiſpo de Urgèl, le eſcribiò Elipando una Carta muy familiar, ſin ſaber, que ſe havia apartado del error, como conſta por Alcuino, no ſolo en el titulo que antepuſo à la Carta (ad Felicem *nuper converſum*) ſino por la formal expreſsion de la pag. 994. donde lo teſtifica, diciendo: *Maximè origo hujus perfidiæ de Corduba Civitate proceſsit, ſicut in Epiſtola illius Elipanti ad Felicem præfatum directa intelligi poteſt: dum eumdem Felicem adhuc ſui erroris catenis conſtrictum eſſe arbitrabatur.*

2 Eſta Carta incluye tan notables defectos de Latinidad, que la puſo por egemplo el ſeñor *Du Cange* en la Prefacion de ſu Gloſſario de la media, è infima Latinidad, n. 29. y 31. Yo me inclino à que ſe dictò en el eſtylo familiar, à que la lengua antigua ſe havia reducido, teniendo otro menos barbaro para eſcribir en publico; al modo que aun en tiempo de los Roma-

manos havia Maeſtros de Latinidad, no obſtante que era lengua vulgar; porque las corrupciones de la plebe hacian degenerar las voces y concordancias, de modo que aunque ſe llamaſſe *lengua Romana*, por ſer de Pueblos dominados por los Romanos, y donde havian introducido ſu lenguage, no era idioma *latino*, por no eſtàr conforme con las Reglas.

3 A eſte modo parece ſucediò en eſta Carta: pues es muy desigual à las otras de Elipando: y para eſta diferencia ſe puede tener por veroſimil el recurſo, de que aquellas ſe eſcribieron, como para fuera de ſu Provincia, en el Latin mas limado que ſe usò por aquel tiempo; y eſta, como dirigida familiarmente à un Amigo, fue en eſtylo vulgar. Unas y otras convienen en el genio, y caſi en los conceptos.

# EPISTOLA ELIPANDI

## AD FELICEM NUPER CONVERSUM.

1 DOmino Felice: Sciente vos reddo, quia exeunte Julio veſtro ſcripto accepi, & exeunte Auguſto vobis item ſcripſi. Sed eveniente occaſione ad iſto præſente igne conſumptum eſt, & rediens ad me pene ad quadraginta dies denuo adſumpſi laborem, & ſcripſi ad ipſo hæretico piceo Albino, quantum potui pro ſua confuſione ſcribere. Tu verò exempla illud, & ſic illud dirige. Modo tamen egreſſus eſt de mele Junio Kalendarum Novembrium direxi vobis ſcriptum parvum de fratre Militane, qui recta de Deo ſentit. Nam & quatuor mihi quaterniones direxerat, quos direxi contra ipſo Pſeudopropheta fœtidiſsimo in beato. Certifica me qui eſt poſitus in Roma. Epiſtolam veſtram cælitus quemadmodum mihi inlapſam exeunte Julio accepi, & Deo meo ulnis extenſis immenſas gratias egi, qui me fecit tuis eloquiis conlætari inter ipſa quotidiana diſpendia mundi, quibus duramus, potius quàm vivimus.

2 Sed Epiſtolam fœtidiſsimam de filio gehennæ ignis Albino, novo Arrio in finibus Auſtriæ tempore glorioſi Principis exorto, non Chriſti Diſcipulo, ſed illius qui dixit: *Ponam*

*ſedem meam ab Aquilone, & ero ſimilis altiſsimo.* De quo ſcriptum eſt: *Ex nobis prodierunt, ſed non erant ex nobis. Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utique nobiſcum.* Contra quem prout volui reſcriptum reddidi, & Sanctorum Orthodoxorum atque Catholicorum ſententiis adſtipulavi. Tua verò ſanctitas viriliter agat, & confortetur cor tuum, reminiſcens quid ipſe Dominus dicat: *Beati qui perſecutionem patiuntur propter Juſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum Cælorum.* Et iterum: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ. Cavete ergo ab hominibus. Tradent enim vos in Conciliis & Synagogis ſuis flagellabunt vos, & ad Præſides & Reges ducemini propter me in teſtimonium illis & gentibus.*

3 Ego verò direxi Epiſtolam tuam ad Cordobam fratribus qui de Deo recta ſentiunt, & mihi multa ſcripſerunt, quæ in tuo adjutorio debueram dirigere. Sed ad ipſo hæreſiarcham Albini Magiſtro Antifraſio Beato direxi relegenda. Tu verò dirige ſcriptum illud pro tuo fidele glorioſo principali, antequam veniat ad ipſo filio mortis Albino, qui non credit carnis adoptionem in Filio Dei, quem Sancti Patres & nos ipſi credimus in ſola forma ſervitutis humanæ, non in gloria vel ſubſtantia divinæ naturæ. De illo fratre noſtro qui defunctus eſt audivi, quod aliquid nobis mandarat dirigere, & ideò quæſo ut mandetis ad ipſo famulo veſtro Ermedeo, ut quærat de Judæis qui habent illic uxores & filios, qui fatigium det, & nobis quantum Deus inſpiraverit dirigat: ita tamen ut alij Judæi non ſentiant qui apud nos habitant, aut ſi poſsibile eſt, ut quemlibet de humiles veſtros nobiſcum mercaturios qui veniunt dirigatis, & quid egeritis de veſtra intentione nobis certificate, & maximè per libros duos Epiſtolarum beati Hieronymi, & Opuſculorum beati Iſidori, quos habet Ermedeo, quos direxeram ad ipſo fratri qui defunctus eſt: unde & mihi demandaverat quos alios ſimiles repererat. Idcircò tamen applicate ipſe Ermedeo ad vos, & inſtruite illum veſtris eloquiis, & veram fidei doctrinam, ſicut ego illi notui.

4 Me tamen cognoſcite ſenectute jam decrepita octuageſimo ſecundo anno à die octavo Kalend. Aug. ingreſſus fuiſſe, & orate pro nobis ſicut & nos facimus pro vos aſsiduè, ut nos

Deus

Deus in regione vivorum pariter jungat. Sed omnibus fratribus demandavimus, ut pro vos ſacrificium Deo offerant. Merear quantociùs de veſtro reſcripto lætus exiſtere. Iſtum præſentem vobis commendo, & Presbyterum noſtrum Venerium, ſi datum fuerit ut perveniat ad vos.

## §. VII. FRAGMENTO DE JONAS AURELIANENSE, EN QUE habla de Felix y de Elipando.

Diſertiſsimos viros & eloquentiſsimos, atque Catholicæ & Apoſtolicæ Fidei invictiſsimos defenſores Hiſpaniam protuliſſe, manifeſtum eſt. Quorum imitanda exempla, & documenta ſequenda, quia in promptu habentur, & Eccleſiæ amplectuntur, ab eis Chriſto favente, non ab jure ſancta ſalubriter inſtruitur & favetur Eccleſia. Sed quoniam ſæpiſsimè & Hæreſiarchas ſimplicitatem Catholicæ Fidei perverſis dogmatibus commaculare conantes, & multifariis ſuperſtitionibus auctoritate Sanctæ Dei Eccleſiæ contraeuntes, creavit, & hactenus creare non ceſſat, cunctis valde fidelibus dolendum eſt. Ut igitur cæteros omittam emerſit ex eadem Hiſpania, tempore ſanctæ memoriæ Caroli piiſsimi atque invictiſsimi Auguſti, quidam Felix nomine, actu infelix, Urgelitanenſis Civitatis Epiſcopus, qui juncto ſuo ſceleratiſsimo errori Eliphanto Toletanæ Urbis Epiſcopo, ſecundum humanitatem non eſſe proprium Filium Dei, ſed adoptivum prædicare auſus eſt. Et hac virulenta doctrina, uterque Hiſpaniam magna ex parte infecit. Deinde Apoſtolorum Chriſti actus imitari videri volentes, cum ipſi non Apoſtoli Chriſti, ſed præcones eſſent hoſtis antiqui, unuſquiſque ſeparatim diverſas provincias, eadem ſua inſana doctrina imbuendas, appetivere. Eliphantus ſcilicet Aſturias, & Galliciam, cujus diſcipulos apud Aſtures me aliquando vidiſſe memini, quos & Catholicorum virorum regionis illius, qui eorum veſanæ doctrinæ ſecundum ſanam doctrinam rationabiliter retinebantur, relatu, perſpicuitatiſque meæ probatu, ſecundum eorum actum & habitum, certiſsimos

Antichriſtos eſſe liquidò deprehendi: manifeſte cernens in illis illud B. Ambroſij compleri: Habitus mentis in corporis ſtatu cernitur. Et illud cujuſdam: Frons hominis propriæ mentis depromit amictum. Qualis vultus erit, talia corda gerit. Quibus veriſsimè & apertiſsimè cognitis, & quia jam ſecundum Apoſtolicum præceptum, ut ab eadem ſua erronea prædicatione deſiſterent, admoniti fuerant, & tamen in eodem errore permanebant, ut hæreticos devitavi. Porrò idem Felix, cum multis apud Septimaniam eumdem hauſtum peſtiferum propinaverit, eumtamen Galliæ, Germaniæque, quantum in illo fuit, propinare voluit.

## §. VIII. FRAGMENTOS

## DE ALGUNOS ESCRITORES ANTIGUOS Eſtrangeros ſobre la cauſa de Felix, y Elipando.

(Anno) DCCXCIII.

1 NAtale Domini & Paſcha ibidem (*Ragnisburgi*) celebrata, hæreſis Feliciana ibi condemnata eſt. *Aſsi los Annales de los Francos, impreſſos por Du Cheſne tom. 2. Script. Hiſt. Franc. pag.* 17. *Sobre el año* 793.

DCCXCV

2 Paſcha celebratum eſt Franconifort. Ibi congregata eſt Synodus magna Epiſcoporum ante Miſſos domni Apoſtolici Hadriani Theophilac & Stephanum. Ibi tertio condemnata eſt hæreſis Feliciana. *En el lugar citado ſobre el año* 795.

DCCXCII.

3 Hæreſis Feliciana primitus audita, & in Reganesburg primo condemnata eſt. Quem Angilbertus ad præſentiam Adriani Apoſtolici adduxit, & confeſsione facta ſuam hæreſim iterum abdicavit. *En el miſmo Du Cheſne pag.* 37. *de otros Anales* Rerum Francicarum, *que abrazan deſde el año* 741. *haſta el* 814.

Paſ-

DCCXCIIII.

4 Paſcha celebratum eſt in Francnofurt, ibique congregata eſt Synodus magna Epiſcoporum Galliarum, Germanorum, Italorum, in præſentia jam præfati Principis & Miſſorum domni Apoſtolici Adriani, quorum nomina hæc ſunt: Theophilactus & Stephanus Epiſcopi. Ibi tertio condemnata eſt hæreſis Feliciana. Quam damnationem per auctoritatem Sanctorum Patrum in libro conſcripſerunt: quem librum omnes Sacerdotes manibus propriis ſubſcripſeruut. *Alli pag.*38.

5 Anno DCCXCIV. In Galliis in loco qui Franconofurth dicitur, adverſus Elifandum Hiſpaniarum Toletanæ Sedis Epiſcopum, & Felicem ejus ſocium, magna Synodus congregata eſt. Hi aſſerebant Dei Filium adoptivum, non proprium eſſe: quam hæreſim viri ſanctiſsimi Paulinus Aquilegienſis Patriarcha, & Petrus Mediolanenſis Archiepiſcopus, ſeu Alchuinus inſulæ Britaniæ Archidiaconus, cum cæteris Epiſcopis, divinarum Scripturarum adſertionibus deſtruentes, proprium eum, & non adoptivum dici ſanxerunt. Contra quam hæreſim Leo tertius Papa congregata Romæ Synodo, multis eam Evangeliorum & Sanctorum Patrum teſtimoniis in perpetuum damnavit. Nam & Paulinus vir miræ ſcientiæ Patriarcha adverſus hanc nefandiſsimam hæreſim tres libros luculento ſermone compoſuit. *Del anonymo Continuador de Paulo Diacono, publicado por Frebero, y Du Cheſne tom. 2. pag. 206.*

6 Anno DCCXCIV. Rex Karolus apud Villam Franconefurt celebravit Paſcha. Sed in æſtivo tempore, anno XXVI. ſui Principatus, congregavit univerſalem Synodum cum Miſſis domni Apoſtolici Adriani Papæ, ſeu Patriarcha Aquilejenſi Paulino Archiepiſcopo, & Petro Mediolanenſi Epiſcopo, & Coepiſcopis, ſeu etiam Presbyteris, Diaconibus, cum devoto populo. Quibus reſidentibus apud Chriſtianiſſimum Principem Karolum pervenit ad aures eorum hæreſis illa quam Elipantus Toletanæ Sedis Epiſcopus, cum alio Coepiſcopo, ſedis Orgelitanæ, Felici nomine (ſed in infelix in dictis) cum ſocis eorum... Aſſerebant namque dicentes quodD. N. Jeſus Chriſtus in quantum ex Patre eſt ineffa-

fabiliter ante ſæcula genitus, jure Filius Dei ſit: & in quantum ex Maria ſemper Virgine carnem aſſumere dignatus eſt, non ſanctus, ſed adoptivus Filius. Sed ſancta & univerſalis Synodus hoc nefandum dictum non conſenſit, ſed una voce reſpuentes contradixerunt: atque hanc hæreſim funditus à Sancta Eccleſia eradicandam ſtatuerunt, dicentes: Dei ergò Filius hominis factus eſt filius: natus eſt ſecundum veritatem naturæ ex Domino Domini filius, ſecundum veritatem naturæ ex homine hominis filius: ut veritas geniti non adoptione, non appellatione, ſed in utraque nativitate filij nomen naſcendo haberet, & eſſet verus Deus & verus homo, unus filius. *Del Chronicon Moiſsiacenſe, que acaba en el año* 819. *y ſe lee en el tomo* 3. *de Du Cheſne pag.* 141.

DCCXCII. Indict. XIV.

7 Celſa Pyrenæi ſupra juga condita montis
Urbs eſt Orgellis, Præſul cui nomine Felix
Præfuit. Hic hæreſim molitus condere pravam,
Dogmata tradebat Fidei contraria ſanctæ,
Affirmans, Chriſtus Dominus quia corpore ſumpto
Eſt homo dignatus fieri, non proprius ex hoc,
Sed quod adoptivus ſit Filius Omnipotentis.
☞ Reſponſumque Toletano dedit hoc Helipando
Pontifici, de re tanta conſultus ab ipſo.
Atque ſuum ſcriptis defendere dogma libellis,
Omni quo potuit ſtudio curavit & arte.
Hinc ad Catholici deductus Principis aulam,
(Idem Regino nam tum hyemavit in urbe)
A multis ibi Præſulibus Synodoque frequenti
Eſt auditus, & errorem docuiſſe nefandum
Convictus, poſt hæc Adriano mittitur almo,
Sedis Apoſtolicæ fuit hoc qui tempore Præſul.
Quo præſentè Petri correctus in æde beati
Pontificum coram ſancto celebrique Senatu
Damnavit Felix prius infeliciter à ſe
Ortam perfidiæ ſectam, meruitque reverti
Ad propriæ rurſus retinendum ſedis honorem.

Di-

DCCXCIIII. Indict. I.

8 Dira veneniferæ conatus ſemina ſectæ,
Quæ Felix infelici malè ſparſerat auſu,
Vellere de ſacro Domini radicitus agro
Catholicus Princeps, Synodum celebrare vocatos
Undique Pontifices jam dictam fecit ad aulam.
Necnon affuerat Stephanus cum Theophylacto.
Nam fuit Antiſtes Sedis Legatus uterque
Romanæ, quos Papa ſacer mittens Adrianus,
Rite ſuam ſervare vicem mandaverat illic.
Tunc igitur cuncti cum decreto generali
Hanc condemnaverunt hæreſim, ſcriptuſque Libellus
Eſt illam contra, quem confirmaverat ille
Pontificum cœtus, ſimul & ſubſcripſerat omnis.

*De los Anales* de Geſtis Caroli M. *eſcritos por el Poeta Saxon Anonymo, Autor del fin del Siglo IX. publicados por Reynero Reynecio, y reimpreſſos por Du Cheſne tomo 2. Script. Coætan. pag. 156. Lo miſmo ſe lee en los Anales de* Eginardo *ſobre los años 792. y 794. y en otros.*

# FIN.

# INDICE
## DE LAS COSAS MAS NOTABLES de eſte Tomo V.

*La b. denota la ſegunda coluna.*

### A


ABderramen, Rey Moro, perſeguidòr de los Santos, pag. 331.
Abila, Ciudad confundida por el Cabilonenſe con una Coluna de Hercules, 103. b.
Abula, Ciudad de los Baſtitanos, 24. b.
Actas de la confeſsion de Santa Leocadia, 191. y 195.
Adelfio Prelado de Toledo, 255.
Adoſinda, 359.
Adriano. V. *Hadriano.*
Agalienſe Monaſterio, 276. y 510.
Agapio Obiſpo de Cordoba, 88.
Agricultura de los Vaceos eſtablecida con una ley eſpecial, 14. b.
Aguirre, Cardenal, impugnado ſobre que los Obiſpos de Carthagena no fueron puramente titulares, 84. Sobre que la Metropoli de Toledo no empezò en tiempo del Concilio Segundo, 159. Sobre la vida de Quirico, 292. Sobre la Chronologia de S. Julian, 313.
Agua luſtràl, 58. b.
Alanos, dominaron la Carthaginenſe, 72. y 199.
Albogalero, 67.
Alcuino, 353. b. y 361.
Alvaro Cordobès alegado, 355. 363. y 366.
Amalarico Rey, 248. y 250.
Ambuſta, Familia, 177.
Ana Rio. V. *Guadiana.*
Andujar. Su Templo de S. Eufraſio, 260.
Angeles: pruebas de que ſon Eſpirituales, 427.
Antifraſi y Antifraſio, 355. b.
Antonio (D. Nicolàs) No reconociò à S. Fulgencio por Obiſpo de Carthagena, 99. Señalò por autor de eſta eſpecie al Cabilonenſe, 104. Impugnado ſobre el tiempo del Obiſpo Olympio, 235. Sobre el tiempo del Obiſpo Quirico, 294. b.

Eſtuvo inconſtante ſobre un Eſcrito de S. Iſidoro, 438. Impugnado ſobre las Miſſas que compuſo S. Ildefonſo, 512. Sobre las palabras de S. Leocadia, 513.
Apalo Apellido, 71.
Apringio, 458.
Arcabrica Ciudad, 20.
Arcario ò Aſcarico de Braga, 356.
Areva Rio, 16.
Arevacos. Su extenſion, 16. Los mas fuertes de la Celtiberia, 18.
Armentario, primer Corepiſcopo del Occidente, 86.
Arriaca, Ciudad, 22. b.
Artemiſio Promontorio, 35. b.
Arthuago Monge, 261.
Arzobiſpo. Voz introducida en Eſpaña al fin del Siglo octavo, 363.
Aſpergilo, 67. 58. b.
Aſpis, Ciudad, 30.
Aſturias: pertenecieron à la Provincia de Galicia, 7.
Aſturio. Prelado de Toledo, 240. Su elogio, 474.
Athalogo, Obiſpo, 216.
Athanagildo, Rey, 73.
Audencio, Prelado de Toledo, 237.
S. Auguſtin. Su teſtimonio à cerca de los Obiſpos de Eſpaña, 199. El elogio de Olympio, 234. Su explicacion de la figura Antifraſi, 356.
Auguſto. Sus Medallas en Carthagena, 58. Templos que ſe le erigieron, 60. Su Pontificado Maximo, 66. b.
Auraſio, de Toledo, 256. 476.
Avieno, ſus teſtimonios, 45. 65. No eſcribiò de Ciudades mediterraneas, 138.
Avito Vienenſe, 460.
Auſtria. Voz aplicada à Francia, 562.
Azagra, ſu Codigo, 273.

# B

Baddo, Reyna, muger de Recaredo, 218.
Bahen, 68. b.
Baronio. Impugnado, 293.
Barreyros, impugnado, 53. b.
Baſti, Ciudad, 26. No la mencionò Ptolomèo, 25.
Baſtitanos, 27.
Batalla de los Godos contra los Franceſes, 216. De eſtos contra los Albigenſes, 218.
S. Beato, 355. y 359.
Betica, Ciudad: no diò nombre à la Provincia, 144. No permanecìa al fin del Siglo primero, 145.
Betis. V. *Guadalquivir.*
